John Adams
Library,



IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.



ADAMS
245.10

Digitized by the Internet Archive
in 2010

http://www.archive.org/details/compendiosainsti00muyd

~~Campbell of Succoth~~

JOHANNIS van MUYDEN

JCti & Anteceſſoris

COMPENDIOSA INSTITUTIONUM JUSTINIANI TRACTATIO

In Uſum

COLLEGIORUM.

Editio tertia prioribus Auctior & Emendatior.



ULTRAJECTI.

Ex Officina GUILIELMI vande WATER, Academiæ Typographi, cIↄ Iↄcc cvII

ADAMS
245.10

Lectori Benevolo S.

Pro uſu & neceſſitate Compendiorum in Jure, proque hac trita & tuta docendi methodo Apologium facere vix operæ pretium duco: fecerunt id pro me magni viri: ea comprobat quotidiana experientia, commendant felices ſtudiorum exitus. Diſpendia vocent alii; ſed ita proculdubio compertum habent, eos qui ſine hac quaſi pyxide nautica vaſtum ingrediuntur juris Oceanum, aut ſerò aut nunquam optatum ingredi portum, ſed plerumque incertitudine fluctuantes miſerum facere naufragium. Quid tum, dicat aliquis, ſit ita; tu tamen novo hoc quid moliris compendio? Nonne ſatis compendiorum in lucem prodierunt, & talium quidem quibus nihil ſuperaddi poſſe videtur? ut merito inutilis hic conatus videatur ac ſupervacuus. Non plane renuo Lector, ſed prope eſt ut idem ſentiam, neque enim ex eorum numero ſum, quibus volupe eſt autores audire, ſcio non hoc ſcribendi genus eſſe, quod Erudito orbi placere poteſt: ſed quod titulus indicat, nullus alius hujus compendii ſcopus, quam Collegiis meis ad Inſtitutiones inſervire. Scilicet jam ab eo tempore, quo publico docendi muneri adſcriptus ſum, compendium hoc ſcripſeram in uſum privatæ inſtitu-

tionis; exinde ſtudioſi, qui mihi operam dabant, avide id compendium deſiderare, & deſcribere cœperunt, credentes (& forte non abs re) perquam utile ſibi fore ſi eadem verba definitionum & diviſionum domi repetere poſſent, quæ in collegiis audiverant: increſcens autem in dies numerus compendio hoc cum potiri non potuit, quotidianis efflagitationibus petere cæpit, ut Typis mandaretur. Ego, qui nihil magis cupio quam omni ratione Auditoribus meis prodeſſe, facile ceſſi, parum ſollicitus quid alii judicaturi ſunt, legitimo hoc tramite ſecure calumniantium & obtrectatorum iniquitates expellam, aut contemnam.

Hoc modo, Mi Lector, præfabar, cum prima vice hoc Compendium, lucem aſpexit; cumque deinceps hic & alibi, magna copia diſtracta fuerint exemplaria, non me meæ utcunque exiguæ pænituit operæ, ſed petenti Typographo cum eadem, non Major, deficientibus exemplaribus, premeret neceſſitas, idem illud recudendum mandavi. In nova hac, jam tertia, Editione id non tantum egi, ut emendatior prodiret, ſed etiam multis titulis quædam, quæ neceſſaria videbantur, adjeci; ita tamen ut intra terminos, quos Compendium ad Inſtitutiones deſiderat, manſerim. Vale.

PRO

PROOEMIUM INSTITUTIONUM.

Libri Juris Civilis ſunt quatuor, Inſtitutiones, Pandectæ, Codex & Novellæ.

Initium fecit Imperator Juſtinianus à Codice, quem ex Conſtitutionibus diſperſis in tribus Codicibus, Gregoriano, Hermogeniano, & Theodoſiano, in luculentam erexit conſonantiam a *Hic Codex prodiit Ao. ſalutis 529.*

Poſtea curam extendit ad Immenſa veteris prudentiæ volumina, b *eaque in quinquaginta libros redegit, quæ Pandectæ, etiam Digeſta dicuntur: prodierunt Ao. 533. menſe Decembri.*

Eodem anno componi curavit Inſtitutiones c *Deinde Anno 534. edidit ſecundum Codicem, qui inde dictus eſt Codex repetitæ Lectionis* d.

Huic codici poſtea ſive ab Irnerio ſive ab alio, ſaltem privato addita ſunt Authentica.

a §. 2. *h. tit.*

b *d.* §. 2.

c §. *pen. & ult. Conſt. de Confirm. dig.*

d §. 3. *Conſtit. de emend. Cod.*

Tandem Novellas promulgavit Juſtinianus, quæ nomen habent ex eo, quod omnium Noviſſime ſunt editæ, non uno, ſed diſtinctis temporibus.

Inſtitutiones ſunt totius Legitimæ ſcientiæ, id eſt Juriſprudentiæ, prima elementa e.

e §. 4. h. tit.

Materia Inſtitutionum eſt Jus, quod in uſu eſt, ſeu quod nunquam in deſuetudinem abiit, ſive quod in uſum revocatum, vel de Novo ab Imperatore Conſtitutum eſt f.

f §. 1. h. tit.

LIBER PRIMUS

TITULUS I.

De Juſtitia & Jure D. I. T. I.

JUſtitia eſt conſtans & perpetua voluntas jus ſuum cuique tribuendi, *a* Vulgo dividitur in Univerſalem & Particularem,

a pr. inſt. h. t. l. 10. ff. eod.

Univerſalis eſt, quæ verſatur circa omnes virtutis ſpecies.

Particularis, quæ in aliqua virtute particulari occupata eſt. Hæc iterum vel commutativa, vel diſtributiva ſtatuitur.

Commutativa eſt, quæ æqualitatem in commerciis ſervat.

Diſtributiva, quæ verſatur circa præmia & pœnas pro cujuſque meritis diſtribuendas.

Jus eſt ars boni & æqui. *b.* b *l.* 10. *pr. ff. h. t.*

Hujus juris notitia vocatur *Juriſprudentia.*

Juriſprudentia eſt divinarum atque humanarum rerum notitia, juſti atque injuſti ſcientia. *c* c §. 1. *h. t. l.* 10. *ff. eod.*

Juris præcepta generalia ſunt tria. Honeſte vivere, Alterum non lædere, Suum cuique tribuere. *d* d §. 3. *h. tit. d. l.* 10. §. 1.

Jus vel eſt publicum, vel privatum. *e* e §. 4. *h. tit. l.* 1. §. 2. *ff. eod.*

Publicum eſt, quod ad ſtatum Reip. primariò ſpectat. Id: conſiſtit in ſacris, ſacerdotibus, fœderibus &c. *f* f *d. l.* §. 2.

Privatum eſt quod primariò ſingulorum utilitatem ſpectat. *g* g *dd. ll.*

De hoc jure acturus Imp. dicit, illud collectum eſſe ex jure Naturali, Gentium & Civili. *h* h §. *ult. h. tit.*

TITULUS II.

De jure Naturali, Gentium & Civili.

JUs *naturale* eſt, quod natura omnia animalia docuit, *a* ſive quod homines cum brutis commune habent, quatenus illi hoc faciunt ex jure & ratione, hæc ex inſtinctu naturali. a *pr. inſt. h. tit. l.* 1. §. 3. *ff. de Juſt. & jure.*

Quò pertinet maris & féminæ conjunctio, procreatio & educatio ſobolis, propulſatio injuriæ &c. *b* b *dd. ll.*

Jus gentium, eſt quo gentes humanæ utuntur. *c*

Eſt vel primævum, vel ſecundarium.

Primævum eſt quod ratio naturalis immediate inter omnes homines conſtituit, & apud omnes per-æque obſervatur. *d*

Huc pertinet religio erga Deum, amor erga Patriam, parentes, *e* &c.

Secundarium eſt quod gentes uſu & humanis neceſſitatibus exigentibus conſtituerunt. *f*

Huc pertinent bella, ſervitutes, dominia, obligationes, & omnes pene contractus. *g*

Jus civile eſt, quod quiſque populus liber ſibi ipſe conſtituit. *h*

Per excellentiam ſumitur pro jure Romano. *i*

Eſtque vel ſcriptum, vel non ſcriptum. *k*

Jus ſcriptum eſt, quod publica autoritate ſancitum, & promulgatum eſt, ut pro jure ac lege obſervetur.

Juris ſcripti ſpecies ſunt Lex, Plebiſcitum, Senatus conſultum, Principum placita, Magiſtratuum edicta, Reſponſa Prudentum. *l*

Legis vocabulum triplici modo ſumitur *latiſſime*, & tunc etiam jus non ſcrip-

c *l.* 1. §. 4. *ff. de Juſt. & J.*
d §. 1. *inſt. h. t.*
e *l.* 2. *ff. de J. & J.*
f §. 2. *h. tit.*
g *d.* §. 2. *l.* 5. *ff. de J. & J.*
h §. 1. *h. tit.*
i §. 2. *h. tit.*
k §. 3. *h. t. l.* 6. §. 1. *ff. de J. & J.*
l *d.* §. 3. & *l.* 7. *ff. de Juſt. & Jure.*

ſcriptum comprehendit: vel *late* *m* & tunc ita definiri poteſt. m *l.* 1. *&* 2. *ff. de legibus.*

Lex eſt ſanctio ad Reipub. bonum lata, omnes ſubditos obligans.

Vel *ſtricte* pro lege Romana, quò pertinet definitio Imperatoris.

Lex eſt quam Populus Romanus, Senatorio Magiſtratu interrogante veluti Conſule, conſtituebat. *n* n §. 4. *h. tit.*

Plebiſcitum eſt quod plebs, plebejo Magiſtratu interrogante, veluti Tribuno, conſtituebat. *o* o *d.* §. 4. *h. t.*

Autoritatem acceperunt plebiſcita per legem Horatiam, quæ poſteà per legem Hortenſiam eſt confirmata.

Senatusconſultum eſt quod Senatus jubet atque conſtituit. *p* p §. 5. *h. tit.*

Principis placitum ſive *Conſtitutio* eſt jus quod Principi placet, ut legis habeat vigorem. *q* q §. 6. *h. t. l.* 1. *pr. ff. de Conſtit. princ.*

Hujus ſpecies ſunt tres, Reſcriptum, Edictum, & Decretum. *r* r *dd. ll.*

Reſcriptum eſt epiſtola principis, qua de jure conſulentibus reſpondet; quæ ſi reſpondeat Civitatibus, Univerſitatibus, aliiſque collegiis de jure conſulentibus, vocatur *pragmatica ſanctio*. *s* s *l. ult.* §. 1. *C. d. div. reſcr.*

Edictum eſt quod princeps proprio motu conſtituit, ut ab omnibus ſervetur. *t* t *l.* 3. *C. de leg.*

Decretum eſt ſententia principis, quam inter partes litigantes causâ cognitâ pronuntiat. *u*

Conſtitutio principis vel eſt *generalis*, quæ pertinet ad omnes, vel *ſpecialis x* quæ aliter vocatur privilegium.

Privilegium eſt jus ſingulare certæ perſonæ vel rei (plerumque ex ſingulari favore) conſtitutum. *y*

Eſtque vel *reale*, vel *perſonale*, *Reale* tranſit ad hæredes, *Perſonale* non egreditur perſonam cui conceſſum eſt. *z*

Magiſtratuum edicta ſunt jura conſtituta à Prætoribus & Ædilibus *a*. Hoc jus aliter vocatur Honorarium. *b*

Reſponſa prudentum ſunt ſententiæ & opiniones eorum, quibus permiſſum erat de jure reſpondere. *c*

Jus non ſcriptum eſt conſuetudo. *Conſuetudo* eſt jus quod uſus & diuturni mores utentium approbarunt, legis habens vigorem. *d*

Jus adhuc dividi poteſt in mutabile & immutabile. *e*

Immutabile eſt jus naturale & jus gentium primævum, mutabile eſt jus gentium ſecundarium, & jus Civile. *f*

Objecta juris ſunt tria, perſonæ, res & actiones. *g*

u §. 6. *h. tit.* & *l.* 1. §. 1. *de Conſt. princ.*
x *dd. ll.*
y *l.* 16. *ff. de legib.*
z *l.* 68. 196. *ff. d. R. J.*
a §. 2. *h. t. l.* 7. *ff. de J. & J.*
b *dd. ll.*
c §. 8. *h. tit.*
d *d.* §. 9. *h. t. l.* 32. *l.* 33. *ff. de ll.*
e §. 11. *h. tit.*
f §. 11.
g §. *ult. h. tit. l.* 1. *ff. de ſtatu Hom.*

TITULUS III.

De Jure Perſonarum. D. 1. T. 5.

OMnes homines vel *liberi* ſunt, vel *ſervi. a*

Liberi ſunt, qui libertate gaudent: *ſervi* qui in juſta ſunt ſervitute.

Libertas eſt naturalis facultas ejus quod cuique facere libet, niſi quod vi, aut jure prohibeatur. *b*

Servitus eſt conſtitutio juris gentium, qua quis Dominio alieno ſubjicitur contra naturam. *c*

Servi alii *naſcuntur*, alii *fiunt*.

Naſcuntur ex ancillis noſtris. *d*

Fiunt aut jure gentium, per captivitatem; aut *jure civili*, quando liber homo major viginti annis ad pretium participandum ſe venundari paſſus eſt *e* aliiſque modis.

In ſervorum conditione nulla eſt differentia: liberi autem vel ſunt *ingenui*, vel *libertini. f*

a *pr. h. tit. l.* 3. *ff. de ſtatu hom.*

b §. 1. *h. tit. l.* 4. *pr. ff. de Statu hom.*

c §. 2. *h. tit. d. l.* 4. §. 1.

d §. 4. *h. tit.*

e *d.* §. 4. *l.* 5. §. 1. *ff. d. tit.*

f §. *ult. h. tit. l.* 5. *pr. ff. h. t.*

TITULUS IV.

De Ingenuis.

INgenuus eſt qui ex matre libera natus eſt. Nihil intereſt utrum mater partus,

tus, an conceptionis, an medio tempore tantum fuerit libera. *a*

a tot. h. tit. d. l. 5. §. 2.

Ratio eſt, quod hoc caſu partus ſequitur ventrem, ſeu conditionem matris. *b*

b *l. 19. ff. de Statu hom.*

Si quis ingenuus natus eſt, ei non officit, ſi in ſervitute injuſta detentus fuerit. *c*

c *§. fin. h. t. l. 6. ff. de ſtat. hom.*

TITULUS V.

De Libertinis:

LIbertinus eſt qui ex *juſta* ſervitute manumiſſus eſt. *a*

a *pr. Inſt. h. t. l. 6. ff. de Statu hom.*

Manumiſſio eſt actus, quo ſervi liberantur poteſtate Dominorum *b*. Manumiſſio fit pluribus modis, iiſque vel ſolennibus, vel minus ſolennibus.

b *pr. h. t. l. 4. ff. de J. & J.*

Solennes modi ſunt Vindicta, Cenſus & Teſtamentum. *c*

c *§. 1. h. tit.*

Vindictâ fiebat manumiſſio apud Magiſtratum, adhibitis quibuſdam ſolennitatibus.

Cenſu fiebat manumiſſio, cum Dominus producebat ſervum in campum Martium, ut ibi Cenſum, id eſt libertatem inter reliquos cives profiteretur. *d*

d *Ulpian. frag. tit. 1. §. 8.*

Huic modo ſucceſſit manumiſſio in Eccleſia, quæ fiebat teſte tota Eccleſia. *e*

e *l. 1. C. de his qui in Eccleſ. man.*

Teſtamento fiebat cum Dominus ſuo ſervo in teſtamento directam aut fideicommiſſariam libertatem concedit *f*.

Minus ſolennes modi fiebant inter amicos, per Epiſtolam, item per adhibitionem menſæ, cum ſervus libertatis dandæ gratiâ adhibebatur convivio, adhibitis tamen quinque teſtibus. *g*

Cum autem manumiſſio ſit actus voluntariæ juriſdictionis, quovis loco & tempore peragi poteſt. *h*

Libertini olim erant triplices, alii *Dedititii*, quorum conditio omnium peſſima erat.

Latini Juniani quorum conditio erat melior, & *Cives Romani* quorum conditio optima erat. *i*

Verum jure novo una omnium conditio eſt, & fiunt Cives Romani. *k*

f §. 2. *inſt. de ſingul. reb. p. fidei com.*

g *l. un.* §. 1. *C. de latin. lib. toll.*

h §. 2. *J. h. t. l. 2. ff. de Off. Proconſ.*

i §. 1. *& h. t.*

k *l. un. C. d. lat. lib. toll. l. un C. de dedit. lib. toll. Nov.* 78. *cap.* 5.

TITULUS VI.

Qui, & ex quibus cauſis manumittere non poſſunt D. 40. *T.* 9. *C.* 7. *t.* 11.

MAnumiſſio quandoque impeditur per legem Æliam Sentiam *a* & per legem Fuſiam Caniniam. *b*

Plura fuerunt Capita legis Æliæ Sen-

a *h. tit.*

b *tit. ſeq.*

tiæ: hoc titulo duo referuntur.

Primo capite cautum ne Domino liceat manumittere ſervum in *fraudem creditorum c*, ſive Dominus tempore manumiſſionis non fuerit ſolvendo, ſive datis libertatibus deſierit eſſe ſolvendo, modô animus fraudandi & eventus fraudis concurrant. *d*

Permittitur tamen Domino, qui non eſt ſolvendo uni ſervo libertatem in teſtamento dare, eumque *heredem neceſſarium* inſtituere. *e*

Quid ſi ſervum ſimpliciter heredem ſcripſerit, tacite etiam libertatem dediſſe intelligitur. *f*

Secundo capite cautum, ne Dominus minor viginti annis ſervum manumittere poſſit, quam ſi, *dictâ apud conſilium juſtâ causâ manumiſſionis, fuerit approbata manumiſſio.* Cauſæ juſtæ ſunt ſi dominus patrem vel matrem, vel filium aut filiam, fratres & ſorores, vel ancillam matrimonii causâ, vel ſervum non minorem ſeptendecim annis procuratoris habendi causâ manumiſerit. *g*

Si autem ſemel hæc cauſa approbata fuerit, retractari nequit, etſi falſa fuerit. *h*

Secundum hoc caput Juſtinianus correxit *i* & conſtituit ut Dominus natus an-

c *pr. h. tit. l.*

d §. 3. *h. t. l.* 79. *ff. de Reg. J.*

e §. 1. *h. tit.*

f §. 2. *h. tit.*

g §. 5. *h. tit.*

h §. 6. *h. tit.*

i §. 6. *h. tit.*

annos ſeptendecim poſſit manumittere *k* & jure noviſſimo eadem ætate, quâ poteſt teſtamentum facere. *l*

k §. *ult. h. tit.*
l *Nov.* 119. *c.* 2.

TITULUS VII.

De Lege Fuſia Caninia tollenda. C. 7. T. 11.

LEge Fuſia Caninia certus modus ſive numerus conſtitutus erat, quem in manumittendo excedere non licebat. *a*

Hanc legem Juſtinianus ſuſtulit, quia libertates quodammodo impediebat. *b*

a *t. h. tit.*
b *l. un. C. de lege fuſ. Can. toll.*

TITULUS VIII.

De his, qui ſui vel alieni juris ſunt. D. 1. T. 6.

Altera diviſio perſonarum ratione familiæ eſt, quod quædam perſonæ ſui juris ſunt, quædam alieno juri ſubjectæ. *a*

Sui juris ſunt Patres familias ſive puberes ſive impuberes *b*: *alieni juris* ſunt illi, qui ſunt in poteſtate patria, aut Dominica. *c*

Dominica poteſtas eſt jus, quod Dominus *jure gentium*, *vel jure Civili* in ſervos habet. *d*

Effectus hujus Poteſtatis *partim conſiſtebat in jure vitæ & necis e* quod jure novo

a *pr. h. tit.*
b *l.* 4. *ff. h. t.*
c *d. pr.*
d *d. pr.*
e §. 1. *h. t. l.* 1. §. 2. *ff. eod.*

Do-

Domino ſine cauſa non conceditur, quemadmodum nec nimia ſævitia, ſed tantum modica coërcitio Domino permiſſa eſt *f*. Jure Novo itaque ſi Dominus ſervum occiderit, legis Corneliæ reus eſt *g*; ſi vero ſervus, ad evitandam domini ſævitiam, ad ſtatuam Principis vel ad ædes ſacras confugerit, dominus eum bonis conditionibus vendere cogitur. *h*

Alter effectus in eo eſt, quod ſervus nihil ſibi, ſed omnia Domino acquirat. *i*

f §. 2. *h. tit. l.* 1. §. 2. *ff. eod.*
g. *d.* §. 2. *l.* 1. §. 2. *ff. ad l. Corn. de Sicar.*
h *d.* §. 2.
i §. 1. *h. tit. l.* 1. §. 2. *ff. eod.*

TITULUS IX.

De Patria poteſtate. C. 8. *t.* 47.

Patria poteſtas eſt jus, quod Pater habet in liberos, ex juſtis nuptiis procreatos, vel legitimatos, vel adoptatos. Nam tribus modis acquiritur Patria poteſtas, per nuptias *a*, per legitimationem *b*, per adoptionem. *c*

Varii olim erant effectus Patriæ poteſtatis, propter quos patria poteſtas recte juris Civilis dici poteſt, cum nulli alii homines talem in liberos poteſtatem habeant, qualem Romani *d*. Hodie autem maxima ex parte ceſſant, & ſi qui ſuperſunt, plerique etiam in matre habent locum.

Notabilis eſt regula Juris Civilis, quod

a *pr. h. tit.*
b §. 13. *I. de nupt.*
c *pr. I. de Adopt.*
d §. 2. *J. h. t. l.* 3. *ff. de his qui ſunt ſui vel alien. juris.*

quod *Pater & Filius habeantur pro una perſona.* e

TITULUS X.

De Nuptiis. D. 23. T. 2. C. 5. T. 4.

NUptias regulariter Sponſalia præcedunt.

Sponſalia ſunt mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum. *a*

Jure Canonico ſponſalia dividuntur, in *ſponſalia de præſenti*, quæ fiunt verbis præſentis temporis, *& de futuro*, quæ verbis futuri temporis contrahuntur: *b* verum hæc diviſio rejicienda potius eſt; cum omnia ſponſalia ſint de futuro.

Nuptiæ ſive *matrimonium* eſt viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ conſuetudinem continens. *c*

Per hanc definitionem excluditur Polygamia ſimultanea, & Concubinatus.

Polygamia ſimultanea eſt cum vir eodem tempore plures uxores habet, aut uxor plures maritos.

Alia eſt polygamia ſucceſſiva; cum viduus vel vidua ad ſecunda vota tranſeunt, quæ nullo jure prohibita eſt. *d*

Concubinatus eſt illegitima viri & mu-

a *l. 1. ff. de ſponſ.*

b *c. pen. x. de ſponſ.*

c. *§. 1. J. de patr. poteſt. l. 1. ff. h. tit.*

d *t. tit. Cod. de ſecund. Nupt.*

mulieris conjunctio, quam quis habet uxoris loco ſine juſtis nuptiis.

Legitimarum nuptiarum requiſita ſunt quinque.

1. Ut contrahentes ſint cives Romani: nam nec Peregrini juſtas nuptias contrahunt, *d* nec ſervi, horum enim conjunctio non aliud eſt quam *contubernium*. *e*.

d pr. h. tit.
e l. 3. C. de inceſt. nup.

2. Ut habeant juſtam ætatem, maſculi annos quatuordecim, fæminæ duodecim *f*

f pr. h. tit. l. 4. ff. eod.

3. Ut adſit conſenſus non tantum contrahentium; ſed etiam parentum quorum in poteſtate ſunt. *g*

g pr. h. tit. l. 2. ff. h. tit. l. 12. Cod. eod.

4. Ut is conſenſus tacitus vel expreſſus præcedat. *h*

h d. pr. l. 1. Cod. eod.

5. Ut contrahentes, abſtineant à vetitis & nefariis nuptiis. *i*

i §. 1. h. tit.

Prohibentur nuptiæ præcipue propter nimiam Neceſſitatem, quæ eſt ex Cognatione & affinitate.

Cognatio eſt vinculum perſonarum, ex eodem ſtipite & ſanguine deſcendentium. *k*

k l. 14. §. 1. ff. de grad. & aff.

Affinitas eſt neceſſitudo, per matrimonium contracta inter conjugem & alterius conjugis cognatos. *l*

l d. l. 4. §. 3.

In computatione neceſſitudinis ſpectari debet Linea & Gradus.

Li-

Linea collectio perſonarum, ex eodem ſtipite deſcendentium.

Stipes eſt primum cognationis caput.

Linea eſt duplex, recta vel obliqua. *m* m *l.* 1. *ff.* *eod.*

Recta linea eſt, in qua alter alterum genuit.

Eſtque *aſcendentium*, in qua numerando à filio aſcendimus ad patrem, ut pater, avus, abavus &c.

Et *deſcendentium* in quâ numerando à patre deſcendimus ad filium, ut filius, nepos, pronepos &c.

Obliqua linea, quæ aliter dicitur *collateralis*, eſt eorum, qui à latere veniunt. *n* n *l.* 9, *l.* 10. §. 8. *ff. de grad. & aff.*

Hæc vel *æqualis* eſt, vel *inæqualis*: *æqualis* inter eos qui æqualibus gradibus a communi ſtipite diſtant, ut duo fratres, fratrum liberi.

Inæqualis inter eos, qui inæqualibus gradibus ab eodem ſtipite diſtant, ut patruus & Nepos.

Gradus eſt diſtantia perſonarum à ſe invicem.

Computatio graduum in omni linea fit ſecundum hanc regulam unicam. *Quot ſunt generationes, tot ſunt gradus,* *o* ſive ut alii dicunt; *quot ſunt perſonæ, tot ſunt gradus, dempto ſtipite.* o *d. l.* 10. §. 9.

Prohibentur autem nuptiæ in lineâ

p §. 1. *d. tit.* recta in infinitum, *p* in linea collaterali prohibentur nuptiæ in ſecundo & tertio gradu ſimpliciter, in quarto & ulterioribus gradibus inter eas perſonas tantum, quæ inter ſe parentum liberorumque locum obtinent. *q*

q §. 2. *& ſeqq. h. tit. l.* 8. *l.* 39. *l.* 53. 54. *l.* 68. *ff. eod.*

Ex hae regulâ in hoc titulo prohibetur matrimonium inter parentes & liberos fratres & ſorores, Thios & nepotes, avunculos etiam & patruos magnos & neptes: fratrum tamen liberi matrimonio jungi poſſunt. *r*

r *dd. ll.*

Quo gradu autem prohibentur nuptiæ ratione cognationis, eodem gradu prohibentur quoque ratione affinitatis. *s*

s §. 6. *& ſeqq. h. tit. l.* 17. *C. de nupt.*

Illud tamen obſervandum quod Affinitas non extendatur ultra perſonas matrimonio conjunctas, hinc comprivigni matrimonio jungi poſſunt. *t*

t §. 8. *h. tit. l.* 34. §. *pen. ff. eod.*

Quod ſi prohibitas nuptias quis contraxerit: non tantum matrimonium nullum eſt, ſed & pœnæ corporali contrahentes ſubjici poſſunt. *u*

u §. 8. *h. tit. Auth. inceſtas Cod. de inceſt. nupt.*

Legitimatio eſt actus, quo liberi naturales fiunt legitimi. *x* Fitque tribus modis·

x. §. 13. *h. t.*

1. Per oblationum curiæ, cum filius ordini Decurionum offertur, aut filia Decurioni nubit. *y*

y *d.* §. 13. *& l.* 3. 4. 9. *C. de nat. lib.*

2. Per ſubſequens matrimonium, cum

cum pater concubinam, ex qua liberos habet, in legitimam ducit uxorem. z modo matrimonium cum ea legibus interdictum non ſit. z *d.* §. 13. *l.* 5. *C. d. tit.*

2. Per reſcriptum Principis, quando Princeps, aliis liberis legitimis non extantibus, filium illegitimum ad petitionem patris, vel etiam ipſius filii, natalibus reſtituit. *a* a *Nov.* 74. *c.* 2. & *Nov.* 89. *c.* 9. & 10.

TITULUS XI.

De Adoptionibus. D. 1. T. 7. C. 8. T. 48.

ADoptio eſt actus legitimus *a* quo filium adſciſcimus eum, qui talis non eſt, vel natura, vel adoptionis tempore. *b*. a *l.* 3. *ff. de off. proc.* b *pr. h. tit. l.* 1. *pr. ff. eod.*

Actus legitimus eſt talis actus, qui ex præſcripto legis, præſertim duodecim tabularum, certis ſolennitatibus eſt perficiendus. *c* c *l.* 77. *l.* 123. *ff. de R. Jur.*

Adoptio eſt duplex, Adoptio in ſpecie & arrogatio. *d* d. *d.* 1. *h. tit. d. l.* 1. §. 1.

Arrogatio eſt adoptio eorum, qui ſunt ſui juris, quæ fit autoritate Principis, cauſæ cognitione interveniente. *e* e *d.* §. 1. *l.* 2. *pr. ff. h. tit.*

Adoptio in ſpecie eſt adoptio eorum qui ſunt in poteſtate parentum, quæ fit imperio Magiſtratus. *f* f *dd. ll.*

Adoptio in ſpecie vel fit *ab extraneo*, quo caſu jura patris naturalis non omnino diſſolvuntur *g*, adeoque plenum patriæ poteſtatis jus in extraneum tranſit; *vel ab avo paterno vel materno*, quo caſu plenum jus patriæ poteſtatis adoptanti acquiritur. *h*

g *§. 2. h. tit. l. 10. C. eod. §. 14. I. de heredit. quæ ab inteſt.*

h *dd. ll.*

Adoptare tantum poſſunt Cives Romani, ſui juris *i*, maſculi, non fæminæ, niſi ex indulgentia Principis, in ſolatium liberorum amiſſorum *k*, qui plena pubertate, id eſt, octodecim *l* annis filium adoptandum præcedunt *m*, quique ad generandum per naturam habiles ſunt, quales etiam ſunt ſpadones, non caſtrati. *n*

i *l. 21. ff. ad L. J. de adult.*

k *§. 10. J. h. tit.*

l *§. 4. h. tit.*

m *§. 4. h. tit.*

n *§. 9. I. h. t.*

Adoptari poſſunt maſculi & fæminæ *o*, puberes & impuberes. *p*

o *l. 21. ff. h. t.*

p *l. 42. ff. eod.*

Impubes tamen arrogari non poteſt, niſi cauſæ cognitione interveniente, an honeſta ſit, & expediat pupillo, ac prævia cautione de bonis impuberis heredibus legitimis reſtituendis, ſi is impubes moriatur. *q*

q *§. 3. h. t. l. 17. ff. eod. per totam.*

Neque iterum ſine cauſa emancipari aut exheredari poteſt: alias pater, præter bona impuberis, debet ipſi quartam omnium ſuorum bonorum pendere, quæ vulgo vocatur quarta divi Pii. *r*

r *d. §. 3. & l. ult. ff. ſi quid in fraud. patr.*

Quod ſi arrogetur paterfamilias, qui libe-

liberos habet, etiam ejus liberi tranſeunt in poteſtatem arrogatoris; ſecus quam in adoptione contingit. *s* spen. h. tit.

TITULUS XII.

Quibus modis jus Patriæ poteſtatis ſolvitur. C. 8. T. 49.

SOlvitur Patria poteſtas præcipue tribus modis, morte, dignitate & emancipatione.

1. Mors duplex eſt naturalis, cum quis numero mortalium, & Civilis, cum quis numero civium eximitur. *a.* a *l.* 63. §. *fin. ff. pro ſoc.*

Tollitur patria poteſtas morte naturali tum patris, tum filii *b*, quia hæc poteſtas ad jus perſonale pertinet, quod cum perſona extinguitur. *c* b *pr. inſt. h. t.* c *l.* 196. *ff. de reg. jur.*

Morte tamen avi nepos non fit ſui juris, ſi recaſurus ſit in poteſtatem patris. *d.* d *d. pr.*

Ad mortem civilem pertinet Deportatio *e* non Relegatio. *f* e §. 1. *h. tit.* f §. 2. *h. t.*

Servitus pænæ quoque antiquo jure civem jure civitatis eximebat, *g* ſed id jure novo correctum eſt. *h* g §. 3. *h. t.* h *Nov.* 22. *c.* 8. *Auth. hodie C. de don. inter vir. & uxor.*

Captivitate non tam tollitur, quam ſuſpenditur patria poteſtas, idque propter jus poſtliminii, & fictionem legis Corneliæ *i*. Per jus poſtliminii fingi- i §. 3. *h. t.*

tur pater, cum redit, ſemper in civitate fuiſſe, & omnia jura recipit. *k* Lex Cornelia fingit patrem, ſi moriatur apud hoſtes, eo momento mortuum eſſe quo caperetur. *l*

k *d.* §. 5. *& l.* 12. *ff. de cap. & poſt. rev.*

l *d.* §. 5. *& l.* 12. *ff. qu. teſt. fac. poſſ.*

2. Dignitate tollitur Patria Poteſtas: ex jure Inſtitutionum tantum patriciatus dignitate *m*, ex jure Novellarum omni dignitate, quæ efficere poteſt, ne filius invitus fiat Decurio. *n*

m §. 4. *h. t.*

n *Nov.* 81. *c.* 1. *&* 2.

3. Solvitur Patria poteſtas Emancipatione. *o*

o §. 6. *h. tit.*

Emancipatio eſt actus quo liberi dimittuntur è Patria poteſtate.

Eſtque triplex, Legitima, Anaſtaſiana, Juſtinianæa.

Emancipatio legitima eſt, quæ ex præſcripto legis 12. tabularum fiebat per imaginarias venditiones, & intercedentes manumiſſiones. *p*

p *d.* §. 6.

Anaſtaſiana quæ fiebat ex reſcripto principis. *q*

q *d.* §. 6. *& l. pen. C. de emancip.*

Juſtinianæa eſt quæ fiebat coram magiſtratu *r*. Pertinet Emancipatio ad voluntariam Juriſdictionem, quæ tantum inter volentes exercetur *s*, unde liberi ſeu naturales, ſeu adoptivi, nullo penè modo cogere poſſunt Parentes, ut eos emancipent. *t*

r *d.* §. 6. *& l. ult. C. de emancip.*

s *l.* 3. *ff. de adopt. junct. l.* 2. *ff. de Offi. Proc.*

t §. *fin. h. tit. l.* 31. *ff. de Adopt.*

Præter dictos modos interdum adoptio

ptio ſolvit poteſtatem in eo patre, qui filium ſuum alicui adſcendentium in adoptionem dat. *v*

v §. 8. *h. tit.*

TITULUS XIII.

De Tutelis. D. 26. *T.* 1.

HActenus de perſonis, quæ alieno juri ſubjectæ ſunt: ſequuntur illæ, quæ ſunt ſui juris, quæ iterum vel in Tutela ſunt, vel in Curatione, vel neutro jure tenentur. *a*

a *pr. h. tit.*

Tutela eſt vis & poteſtas in capite libero ad tuendum eum, qui per ætatem ſe defendere nequit, jure civili data, ac permiſſa. *b*

b §. 1. *h. tit. l.* 1. *pr. ff. eod.*

Tutor eſt, qui eam poteſtatem habet. *c*

c §. 2. *h. tit.*

Tutela eſt triplex, teſtamentaria, legitima & dativa. *d*

d *l.* 52. *ff. de Epiſc. & Cleric.*

Tutela teſtamentaria eſt, cum pater vel avus paternus liberis ſuis impuberibus, poſt mortem ſuam in alterius poteſtatem non recaſuris, tutores dat teſtamento, vel codicillis teſtamento confirmatis. *e*

e §. 3. *h. tit. l.* 3. *l. ult. ff. de teſt. tutel.*

Ratione patris vel avi paterni nihil intereſt an filius inſtitutus ab eo ſit, an exheredatus *f* jam natus an naſciturus; nam & poſthumo, qui in poteſtate naſci-

f *l.* 4. *ff. de teſtam. tutel.*

ſciturus eſt (vulgo ſuus poſthumus dicitur) tutor dari poteſt. *g*

g §. 4. *h. tit.*

Si autem filio emancipato dederit tutorem, datio ipſo jure quidem non valet, attamen confirmabitur per magiſtratum ſine inquiſitione. *h*

h §. *fin. h. tit.* *d. l.* 4.

A contrario ſi mater liberis, quos heredes inſtituit, tutores dedit, confirmatio debet fieri cum inquiſitione. *i.*

i *d. l.* 4. *& l.* 1. *ff. de confir. tutel.*

Hæc tutelæ ſpecies ex re ipſa vocata Confirmata.

TITULUS XIV.

Quinam teſtamento tutores dari poſſunt.
D. 26. *T.* 2. *C.* 5. *T.* 28.

Teſtamento tutor dari poteſt omnis, cum quo eſt teſtamenti factio *a*, non tantum pater familias, ſed & filius familias *b*, etiam minor & furioſus. *c* Hi tamen non ſtatim adminiſtrant, ſed tum demum cum compotes mentis, aut majores facti fuerint *d*: pendente eo tempore curator à magiſtratu dari ſolet *e*; Servi quoque tutores dari poſſunt, proprii quidem cum libertate, alieni non niſi ſub conditione, *cum liberi erunt*. *f*

a *l.* 20. 21. *ff. de teſt. tutel.*
b. *pr. h. t.*
c §. 2. *h. t.*
d *d.* §. 2.
e *l.* 10. §. 7. *ff. de excuſ. tut.*
f §. 1. *h. t.*

Tutor autem teſtamenti dari poteſt vel pure, vel ſub conditione, ex cer-

to tempore, vel ad certum tempus, ante, vel poſt heredis inſtitutionem. *g* g §. 3. *h. t. l.* 7. *l.* 8. §. 2. *ff. eod.*

Certæ rei vero, vel cauſæ tutor dari non poteſt. *h* h §. 4. *h. t. l.* 12. *& ſeq. ff. de teſt. tutel.*

Si pater tutorem dederit *liberis*, cenſetur quoque dediſſe *nepotibus*; ſecus quam ſi *filius* dixerit, ſub quibus tamen & *filiæ* continentur; uti & ſi *filiis* vel *filiabus* dederit, etiam poſthumo vel poſthumæ tutorem dediſſe videtur. *i* i §. *fin. h. tit. l.* 5. *ff. eod. l.* 164. *ff. de V. S.*

TITULUS XV.

De legitima Agnatorum tutela. D. 26. *T.* 4. *C.* 5. *T.* 30.

Legitima tutela eſt, quæ deficiente teſtamentaria defertur à lege. *a* a *l.* 5. *pr. ff. h. t.*

Deficit tutela teſtamentaria, vel ſi pater nullam in teſtamento tutoris mentionem fecerit, vel tutor datus deceſſerit. *b.* b §. 2. *h. t. l.* 6. *ff. eod.*

Hæc vel eſt Agnatorum, vel Patronorum, vel Parentum, vel Fiduciaria.

Tutela legitima agnatorum ex lege 12. tabularum ob ſucceſſionis emolumentum proximis agnatis defertur *c*. Jure novo agnatis & cognatis promiſcue. *d* c *pr. h. t.* d *Nov.* 118. *c.* 4. *& 5.*

Defertur tutela, uti & ipſa ſucceſſio ſecundum gradus prærogativam, ut proximiores remotioribus præferantur. *e* e §. *fin. J. de capit. dem.*

quid

quid ſi ergo plures ſint ejuſdem gradus; periculum quidem tutelæ pertinet ad omnes *f* ſed præſtat, ut adminiſtratio ſit penes unum vel paucos. *g*

Excluduntur a tutela mulieres *h* exceptis Matre & Avia, quæ ſi velint ad tutelam admittuntur, modo abſtineant a ſecundis nuptiis, & renuncient SCto Vellejano, *i*

Agnati ſunt conſanguinei, qui per virilis ſexus cognationem juncti ſunt. *k*

Cognati conſanguinei, qui per feminini ſexus cognationem junguntur. *l*

Jus agnationis tollitur per omnem capitis deminutionem. *m*

f *de* §.
g *l.* 3. §. 6. *ff. de adm. & per. tut. Auth. ſicut hereditas C. de legit. tut.*
h *l.* 1. *C. quando mul. tut. off.*
i *Nov.* 94. *c.* 2. *Aut*. *matri, & Auth. Sacramentum C. d. tit.*
k §. 1. *h. t.*
l *d.* §. 1.
m §. *ult. h. t.*

TITULUS XVI.

De Capitis diminutione. D. 4. T. 5.

C*Apitis diminutio* eſt *ſtatus* prioris mutatio *a*

Eſtque triplex, maxima, media, minima *b*, pro triplici ſtatu hominis, Libertatis, Civitatis & familiæ.

Maxima capitis diminutio eſt amiſſio Libertatis, & per conſequens civitatis, & familiæ. *c*

Hæc contingit iis omnibus modis, quibus quis in ſervitutem redigitur.

Media capitis diminutio eſt amiſſio Civitatis,

a *pr. h. l.* 1. *ff. eod.*
b *d. pr.*
c §. 2. *h.*

vitatis, & per conſequens familiæ, ſalva libertate contingens. *d*

Hæc accidit iis, quibus aqua & igni interdicitur, in cujus locum deportatio ſucceſſit.

Minima capitis diminutio nihil aliud eſt, quam Familiæ mutatio, ſalva libertate & civitate contingens. *e*

Hujus ſpecies ſunt tres, Emancipatio, Adoptio, & Arrogatio.

Qui itaque unum de prædictis ſtatibus non mutat, licet in alia conditione vel qualitate mutationem patiatur, non tamen capite minuitur, ut ſi ſervus manumittatur *f* vel Senator ſenatu moveatur. *g*

Jus Cognationis tollitur maxima & media Capitis deminutione non minima. *h*

d §. 2. *h. t.*

e §. 3. *h. d. l. fin.*

f §. 4. *h. t.*

g §. 3. *h. t.*

h §. 6. *h. t.*

TITULUS XVII.

De legitima Patronorum tutela.

L*Egitima Patronorum tutela* eſt, quæ ex mente legis 12. tabularum propter ſucceſſionis emolumentum competit Patrono, ejuſque liberis in libertos impuberes. *a*

Legitimum non tantum dicitur quod ex verbis, ſed etiam quod ex mente & ſententia legis deducitur. *b*

a *t. h. tit. l.* 3. *pr. ff. de legit. tutor.*

b *l.* 6. §. 1. *ff. de V. S.*

TI-

TITULUS XVIII.

De legitima Parentum tutela.

Legitima Parentum tutela eſt quæ ad exemplum patronorum defertur patri in filium impuberem emancipatum. *a*

a *t. h. t. l.* 1. *ff. ſi quis à par. man.*

TITULUS XIX.

De Fiduciaria tutela.

Fiduciaria tutela eſt, quæ defertur Patri vel fratibus in poteſtate avi vel patris retentis, in liberos & fratres ante pubertatem emancipatos, quorum tutelam avus, vel pater uſque ad mortem geſſerant. *a*

a *t. h. t. l.* 4. *ff. de leg. tut.*

Hujus tutelæ ſpecies ſunt tres. 1. Liberorum. 2. Fratrum. 3. Cæterorum, nempe filiorum filiarumve fratris.

Illud in omnibus tutoribus requiritur, ut perfectæ ſint ætatis, id eſt viginti quinque annorum. *b*

b §. *un. h. t. in fin. C. de legit. tut.*

TITULUS XX.

De Attiliano Tutore, & eo qui ex lege Julia & Titia dabatur. D. 26. 7. 5.

Tutela dativa (quæ & Attiliana dicitur, quia antiquitus ex lege Attilia delata fuit) eſt, quæ ceſſante teſtamentaria & legitima defertur a Magiſtratu, cui hoc ſpeciliater conceſſum eſt. *a*

a *l.* 6. §. 2. *ff. de tutel.*

Jus

Jus dandi tutores non eſt Juriſdictionis ordinariæ, unde non competit omnibus magiſtratibus; ſed illis tantum quibus id ſpeciatim Lege, SCto, vel conſtitutione Principis eſt conceſſum. *b* b *d. l.* 6. §. 2.

Tales Magiſtratus paſſim hoc titulo enumerantur.

Dativæ tutelæ locus eſt, vel quando omnino tutor non exiſtit *c*, vel exiſtit quidem, ſed adminiſtrare non poteſt, quia forte dies vel conditio dationi adjecta nondum exiſtit *d*, vel quia hæreditas nondum adita eſt *e*, vel quia tutor captus eſt ab hoſtibus. *f*

c *pr. h. t. l.* 11. *pr.* & §. *ſeqq. ff. de teſt. tut.*

d §. 1. *h. t.*

e *d.* §. 1.

f §. 2. *h. t.*

Ubi tutor legitimè conſtitutus eſt tenetur ſuſcipere adminiſtrationem *g*, in eaque verſari uti fidelem & bonum patrem familias decet: obnoxius enim eſt omnis tutor finitâ tutelâ reddere rationem ſuæ adminiſtrationis. *h*

g *l.* 1. *pr. ff. de Adm. & per. tut. l.* 8. *Cod. eod.*

h §. *fin. h. t. l.* 1. §. 2. *ff. de adm. & peric. tut. l.* 1. §. 3. *ff. de tutel. & rat. diſtrah.*

TITULUS XXI.

De Auctoritate Tutorum. D. 26. *T.* 8. *C.* 5. *T.* 59.

Auctoritas tutoris eſt expreſſa approbatio ejus, quod cum pupillo geritur. *a*

a *l.* 3. *ff. h. t.*

Si pupillus conditionem ſuam faciat meliorem, veluti ſtipulando, acqui-

rendo, tutoris auctoritas neceſſaria non eſt; ubi autem periculum eſt, ne pupillis conditionem ſuam faciat deteriorem, omnino neceſſaria eſt. *b*

b *pr. h. t. l. 9. pr. ff. eod.*

Hinc Pupilius alienare, promittere, aut ſe ipſum obligare non poteſt ſine Tutoris autoritate *c*, neque contractus utrimque obligatorios celebrare, aut ſi celebravit, ipſe non obligatur, licet is qui cum pupillo contraxerit, obligetur *d*, neque etiam hereditatem quamvis lucroſam adire poteſt pupillus *e*: quia adeundo obligaretur creditoribus hereditariis, & legatariis.

c *l. 11. pr. ff. de Acq. rer. dom.*

d *pr. h. t.*

e *§. 1. h. t. l. 9. §. 3. ff. eod.*

Interponi autem debet auctoritas expreſſe, item pure, non ſub conditione *f*: tutor etiam præſens in ipſo negotio autor fieri debet. *g*

f *l. 8. h. t.*

g *§. h. t. l. 9. §. ff. eod.*

Tutor in rem ſuam fieri autor non poteſt *h*; ſi itaque pupillo cum tutore lis ſit, curator in litem dabitur *i*, ſi alios tutores non habeat. *k*

h *§. 3. h. t. l. 1. ff. eod.*

i *d. §. 4.*

k *l. 24. ff. de teſt. tut.*

TITULUS XXII.

Quibus modis tutela finitur.

FInitur tutela. 1. Pubertate, quæ (abrogata Antiquorum Inſpectione impudica) in fœminis contingit anno duodecimo, in maſculis decimo quarto *a*.

to *a*. 2. Morte naturali, tam tutoris, (cujus heres tutor eſſe non tenetur *b*) quam pupilli *c*. 3. Morte civili, ſive capitis deminutione pupilli, etiam Minima nempe Arrogatione: Maxima vero & Media tutoris omnis tutela perit: Minima autem ſeu arrogatione legitima tantum perit *d*. 4. Eventu diei vel conditionis ad quam tuor datus eſt *e*. 5. Remotione ſuſpecti tutoris. 6. Excuſatione à tutela. *f*

a *pr. h. t.*
b *l.* 16. §. 1. *ff. de tutelis.*
c §. 3. *h. tit. l.* 16. §. 1. *ff. de tutel.*
d §. 4. *h. tit. l.* 7. *pr. ff. de capit. minut.*
e §. 2. *h. tit.*
f *vid. inſt. tit. pen. & ult. h. lib.*

TITULUS XXIII.

De Curatoribus.

Cura eſt vis ac poteſtas in capite libero ad tuenda bona ejus, qui propter ætatem *a*, aliamve ob cauſam *b* ea adminiſtrare non poteſt. *Curator* eſt qui eam poteſtatem habet.

Præcipua differentia inter tutorem & curatorem eſt, quod Tutor principaliter detur perſonæ: Curator vero principaliter bonis. *b*

Minores ſunt puberes, qui nondum impleverunt annum vigeſimum quintum. *c*

Horum Cura eſt tantum unica *dativa*, non teſtamentaria, aut legitima. *d*

Minores per curatores omnino regi debent *e* attamen inviti non accipiunt cura-

a *pr. h. t.*
b §. 3. & 4. *h. t.*
b §. 4. *inſt. qui teſt. de tut.*
c *d. pr.*
d §. 1. *h. tit.*
e *pr. h. tit. l.* 1. § *ult ff. de minor.* 1. *Cod. quand. tut. vel curat.*

curatores ab aliis petitos *f*, præterquam in litem. *g*

f §. 2. *h. t. juncta l.* 2. §. 4. *& 5. ff. qui pet. tut.*
g *d.* §. 2.

Majores Curatores accipiunt, tum ob animi, tum ob corporis vitium. Ob animi vitium curatores dantur mente captis, furioſis & prodigis. *h*

h §. 3. *& 4. h. tit.*

Prodigus eſt cui bonis interdictum eſt à Prætore. *i*

i *l.* 1. *& 10. ff. de curat. fur.*

Ob corporis vitium dantur ſurdis, mutis, & perpetuo morbo laborantibus. *k*

k § 4. *h. tit.*

Majorum Cura eſt triplex teſtamentaria *l* legitima *m* & dativa. *n*

l *l.* 27. *C. de epiſc. And.*
m *d. l.* 27.
n §. *fin. h. tit.*

Curatores quandoque dantur pupillis, ſi tutores ſint inhabiles, aut ad tempus ſe excuſare poſſint. *o*

o §. 5. *h. tit.*

Tutores & curatores Jure Romano ſi ipſi impediantur adminiſtrare; tamen procuratorem conſtituere nequeunt; ſed *Actorem* ſuo periculo conſtituere debent. *p*

p §. *fin. h. t. l.* 11. *C. de procur.*

TITULUS XXIV.

De ſatiſdatione Tutorum, vel Curatorum.

IN tribus ſequentibus titulis tria tutoribus & curatoribus communia exponuntur 1. quod uterque cavere, ſeu Satiſdare debet, 2. uterque poteſt ſe excu-

cuſare. 3. uterque ut ſuſpectus poſtulari poteſt.

Cautio eſt ſecuritatis præſtatio: eſtque duplex, nuda & non nuda. *Cautio nuda* eſt cautio juratoria, quę fit per jusjurandum, & nuda repromiſſio, quæ fit per interrogationem, & reſponſionem. *Cautio non nuda* eſt cautio pignoratitia, quæ fit datis Pignoribus, & *Satiſdatio*, quæ eſt cautio, quæ fit datis fidejuſſoribus. *a*

a *l.* 1. *ff. qui ſatiſd. cog.*

Satiſdationem exigunt Magiſtratus municipales *b* à tutoribus & curatoribus *rem pupilli ſalvam fore.*

b §. *ult. h. t. l.* 2. & 3. *ff. rem pup. ſalv. fore. l. ult. C. de Magiſtr. Conv.*

Non tamen ab omnibus, ſed à legitimis tutoribus tantum exigitur ſatisdatio, iiſque qui ſine inquiſitione dati ſunt *c*. Interdum tamen teſtamentarii, vel cum inquiſitione dati ſatisdant: nempe ſi mores mutaverint, aut facultatibus lapſi ſint *d*. item ſi ex pluribus datis unus ſatiſdationem offerat, ut reliquis in adminiſtratione præferatur. *e*

c *pr. h. t.*

d *l.* 8. & *ſeq. ff. de conf. tut.*

e §. 1. *tit.*

Hoc tamen tunc locum habet, ſi ipſe teſtator vel magiſtratus non elegerit adminiſtratorem: is enim gerere debet, aliàs is, quem major pars elegerit. *f*

f *d.* §. 1. *l.* 3. § 1. *ff. de adm. & per. tutor.*

Poſſunt quoque tutores, ſi velint, adminiſtrationem inter ſe dividere *g*, quo caſu pupillus ſingulos in ſolidum obligatos habet. *h*

g *l.* 3. §. 8. *ff. eod.*

h *l.* 55. *ff. eod.*

Quid ſi magiſtratus ſatisdationem ne-glexerit, aut non idoneam exegerit, ipſe Subſidiaria actione à pupillis conveniri poteſt. *i*

i §. 3. *h. tit.* & *l.* 4. & 5. *C. de Magiſt. Conven.*

Actio ſubſidiaria eſt actio perſonalis Civilis *k*, quæ datur iis, qui in tutela vel cura fuerunt *l*, adverſus Magiſtratus minores, ad reſarciendum damnum illud, quod pupillus vel minor inde habuit, quod Magiſtratus idoneam cautionem non exegerunt; vel etiam, ſi quid dolo & culpa neglexerunt. *m*

k *l.* 2. *ff. eod.*
l 1. *ff. d. tit. l.* 5. *Cod. eod.*
m *d. ll.*

Si tutor cavere nolit, pignoribus captis coerceri poteſt *n*, vel ut ſuſpectus removeri. *o*

n §. *pen. h. tit.*
o *l.* 3. *C. de ſuſp. tut.*

TITULUS XXV.

De excuſationibus Tutorum vel Curatorum. D. 27. T. 1. C. 5. T. 73.

Excuſatio eſt allegatio immunitatis a tutela vel cura, quam quis habet ex privilegio, vel alia juſta cauſa.

Excuſationem habent omnes Tutores & Curatores, teſtamentarii, legitimi & dativi *a*, qui juſte dati ſunt: qui injuſte dati ſunt, excuſatione opus non habent. *b*

a §. 16. *h. tit. l.* 2. §. 5. *ff. eod.*
b *l.* 13. §. *ult. ff. h. t.*

Juſtæ cauſæ excuſationis ſunt variæ Nempe; 1. Excuſant liberi, qui vi-

yunt,

vunt, niſi in acie mortui ſint, Romæ tres, in Italia quatuor, in Provinciis quinque *c*. 2. Adminiſtratio fiſci *d*. 3 Abſentia reipublicæ cauſa *e* 4 Poteſtas ſeu Magiſtratus *f*. 5. Lis, quam tutor cum pupillo habet de omnibus bonis, vel maxima parte *g* 6. Tria onera tutelæ, vel curæ, non affectatæ *h* 7. Paupertas, qua quis oneri eſt impar *i* 8. Adverſa valetudo *k* 9. Imperitia literarum *l* 10. Si quis propter inimicitiam tutor, vel curator datus ſit *m* 11. inimicitiæ capitales *n* 12. Si quis ſtatus controverſiam à parte pupilli paſſus eſt *o*. 13. Ætas ſeptuaginta annorum *p*. 14. Profeſſio artium liberalium *q*. 15. Tranſlatio domicilii auctoritate Principis facta *r*. 16. Aſſumtio in numerum Conſiliariorum Principis. *ſ*

c *pr. h t. l.* 2. §. 2. *ff. eod.*
d §. 1. *h. t.*
e §. 2. *h. t.*
f §. 3. *h. t. l.* 6. §. 16. *ff. eod.*
g §. 4. *h. t. l.* 21. *pr. ff. eod.*
h §. 5. *h. t. l.* 2 §. *ult. l.* 15. §. 15. *ff. eod.*
i §. 6. *h. t. l.* 7. *ff. eod.*
k §. 7. *h. tit. l.* 10. §. *ult. eod.*
l §. 8. *h. t.*
m §. 9. *h. t.*
n §. 11. *h. tit. l.* 6. §. 17. *ff. eod.*
o §. 12. *h. tit.*
p. §. 13. *h. tit.*
q §. 15. *h. t. l.* 6. §. 1. *& ſeq. ff. eod.*
r *l.* 12. §. 1. *h. tit.*
ſ *l.* 30. *pr. ff. h. tit.*

Ex his cauſis 3ª. 8ª. 15ª. & ultima non tantum à tutela ſuſcipienda excuſant, ſed etiam à ſuſcepta: reliquæ à ſuſcipiendâ tantum.

Excuſationis cauſam ſpecialem Curator exinde habet, quod ejuſdem pupilli tutor fuerit. *t*

t §. 18. *h. t. l.* 20. *C. eod.*

Cauſam excuſationis proponere debet Tutor intra quinquaginta dies continuos, ex quo cognoverit ſe tutorem datum eſſe, vel etiam plures, habita ratione diſtantiæ locorum, ubi habitant tutores. *t*

v §. 16. *h. t. l.* 13. §. 2. *ff. eod.*

Proponenda eſt excuſatio ad tribunal ejus magiſtratus, qui tutorem conſtituit & quidem ab ipſo tutore, non per libellum *x*, nec ante appellare poteſt tutor datus, quam ſi temere excuſatio rejecta fuerit, *y*

x *l. 25. ff. h. t.*

y *d. §. 16. l. 13. in fin. pr. ff. h. t. l* 1. 9. *do* 1. *ff. quando appell.*

Quod ſi plures habeat excuſationes, omnibus & ſingulis uti poteſt *z*

z *d. §. 16. l. 21. §. 1. ff. eod.*

Quid ſi tutor falſis excuſationibus uſus fuerit, onere tutelæ non eſt liberatus, ſed periculum ad ipſum ſpectat, à quo tempore datus eſt. *a*

a *§. fin. h. tit. l. 1. Cod. ſi tut. vel cur. falſis alleg.*

TITULUS XXVI.

De ſuſpectis Tutoribus vel Curatoribus. D. 26. *T.* 10. *C.* 5. *T.* 43.

Suſpectus Tutor eſt, qui non ex fide tutelam gerit, vel geſturus eſſe præſumitur. *a*

a. *§. 2. h. tit.*

Suſpecti fieri poſſint & poſtulari omnes tutores & curatores, teſtamentarii, legitimi, dativi *b*.

b *§. 2. 6. t. l. 1. §. 5. ff. eod.*

Accuſari poſſunt ſuſpecti à quolibet, etiam ab ipſis Mulieribus; *c* non tamen ab impuberibus; à puberibus ex conſilio Neceſſariorum *d*.

c *§. 3. h. t. l. 1. §. 6. &*

d *§. 4. h. t.*

Cognitio de ſuſpectis tutoribus magiſtratui jus tribunalis habenti competit vi juriſdictionis *e*.

e *l. §. 4. ff. h. tit l. 4. juncta l. 1. ff. de Offic. ej. cui mand. eſt juriſd.*

Cauſæ, propter quas tutor ſuſpectus fieri

fieri poteſt, variæ ſunt, ut ſi dolo latitet, ut alimenta pupillo decerni non poſſint *f*; item, ſi præſens per mendacium dixerit pupillo alimenta decerni non poſſe *g*, item ſi ſatiſdare vel nolit, vel non poſſit *h*; item ſi datâ pecuniâ miniſterium tutelæ acquiſiverit, vel redemerit *i*. In genere, ſi qua juſta cauſa prætori viſa fuerit, *k* non paupertas ſola *l*.

f §. 9. *h. t.*
g §. 10. *h. t.*
h *l.* 1. & 2. *C. de tutor. qui ſatis.*
i §. 10. *Inſt. h. t.*
k *l.* 3. §. 12. *h. t.*
l §. *fin. h. t.*

Effectus accuſationis inſtitutæ eſt interdictio adminiſtrationis pendente cognitione *m*.

m §. 7. *Inſt. h. t.*

Effectus accuſationis probatæ eſt remotio à tutela, quæ ſi fiat ob dolum aut culpam latam, tutorem facit infamem, ob levem non item. *n*

n §. 6. *h. t. l.* 3. §. *ult. ff. eod.*

Non poterit tutor ſe ipſum eximere ab effectu accuſationis propterea, quod ſolvendo ſit *o*; vel etiam ſatisdationem offerat.

o §. *fin. h. t.*

Extinguitur ſuſpecti cognitio ſi per mortem tutoris vel alia ratione tutela finita fuerit *p*.

p §. 8. *J. h. t. l. pen. ff. eod.*

INSTITUTIONUM LIBER SECUNDUS.

TITULUS I.

De Rerum Diviſione, & Acquirendo earundem Dominio.

D. I. *T.* 8. & 41. *T.* I.

DE primo juris objecto, *de perſonis* actum libro primo: ſequitur ſecundum objectum *de Rebus*, quæ tractatio tribus partibus abſolvitur; de Rerum Diviſione, de Acquirendo rerum Dominio, de obligationibus.

Prima & ſumma Rerum diviſio hæc eſt, quod omnes res ſunt vel in Patrimonio, vel extra Patrimonium. *a*

Extra Patrimonium ſunt res Communes, res Publicæ, res Univerſitatis, res Nullius *b*.

Res communes ſunt, quæ nullius ſunt quoad proprietatem; ſed quoad uſum ſunt omnium hominum; ut ſunt aër, aqua profluens, mare, littus maris, feræ beſtiæ, piſces &c. *c*

Littus maris eſt, quatenus hibernus fluctus maxime excurrit. *d*

a *pr. h.*

b *d. pr.*

c *d. pr. & l.* 2. §. 1. *ff. eod.*

d §. 3. *h. t. l.* 96. *l.* 112. *ff. d. V. S.*

Res

Res publicæ ſunt, quæ proprietate alicujus ſunt populi: uſu tamen omnium communes; ut ſunt flumen, ripa portus &c. *e* e §. 2. *h. tit.*

Ripa eſt id, quod flumen continet, naturalem curſus ſui rigorem tenens *f*. Hæc publica eſt tantum quoad uſum, non quoad proprietatem *g*. f *l.* 3. §. 1. *ff. de flum.*

Portus eſt locus concluſus, per quem merces importantur & exportantur, & ubi ſtatio navium eſt. *h* g §. 4. *J. h. t. l.* 5. *ff. eod.*

Res univerſitatis ſunt res, quarum proprietas eſt univerſitatis, aut collegii alicujus, uſus omnium, qui ſunt ex ea univerſitate aut collegio communis: ut ſunt theatra, ſtadia, balnea &c. *i* h *l.* 59. *ff. d. V. S. l.* 1. §. 13. *ff. de flum.*

Res nullius ſunt res divini juris, eæque vel ſacræ ſunt, vel religioſæ, vel ſanctæ. *k* i §. 6. *h. t. l.* 6. §. 1. *ff. eod.* k §. 7. *h. t.*

Res ſacræ ſunt, quæ rite per Pontifices Deo conſecratæ ſunt, ut ſunt ædes ſacræ, & donaria, uſui divino dicata *l*. l §. 8. *h. t. l.* 9. *pr. ff. eod.*

Hæ res regulariter alienari & obligari nequeunt: excipitur cauſa redemtionis captivorum *m*, item ſi pauperes alendi ſint, vel ſi eccleſia creditoribus ſuis ſatisfacere nequeat *n*. m *d.* §. 8. n *Nov.* 120. *c.* 10. *Auth. præterea C. de SSteis Eccleſ.*

Res religioſa eſt, quam quis propria autoritate ſepulturæ dedicat, dum mortuum infert in locum ſuum, aut alienum

o §. 9. h. t. l. 6. §. 4. eod. conſentiente domino. *o*

Si locus communis ſit & purus, ſocius invito ſocio mortuum inferre nequit; ſecus, ſi commune ſit Sepulchrum. *p*

p dd. ll. & l. 28. ff. com. div.

Res ſanctæ ſunt, quæ ſanctione quadam adverſus hominum injurias munitæ ſunt: ut ſunt muri, portæ civitatis, & leges. *q*

q §. 16. h. t. l. 8. pr. l. 9. §. 3. ff. eod.

Sanctio eſt ea legis pars, qua pæna in delinquentes ſtatuta eſt: Pœna eorum qui violant res ſanctas, eſt capitalis *r*.

r d. §. 10.

Res in Patrimonio ſunt res ſingulorum, ſive quarum Dominium ſingulis eſt acquiſitum. *ſ*

ſ §. 11. h. t.

Dominium eſt facultas de re pro arbitrio diſponendi, niſi Lex aut Conventio impediat.

Modi acquirendi Dominii vel ex jure gentium ſunt, vel ex jure civili.

Modi acquirendi dominii jure gentium commode ſex ſtatui poſſunt: Occupatio, Acceſſio, Specificatio, Confuſio, Fructuum ex aliena re perceptio, Traditio.

Occupatio eſt modus acquirendi ex jure gentium, quo res, quæ ſunt nullius, apprehendendo fiunt occupantis. *t*

t §. 12. h. tit.

Ad occupationem refertur acquiſitio animalium *v*; acquiſitio rerum in bello, *x* inventio *y*; acquiſitio rei pro derelicto habitæ *z*.

v d. §. 12. & ſeqq.
x §. 17.
y §. 18. h. t.
z §. 46. h. t.

Occu-

Occupatione acquirimus animalia fera, quæ nullius ſunt, non manſueta *b* aut manſuefacta *c* nec intereſt utrum in noſtro fundo capiamus ea, an in alieno *d.* quod ſi capta rurſus evaſerint cuſtodiam noſtram, iterum fiunt capientium. *e*

b §. 12. *h. t.*
c §. 16. *h. t.*
d §. 15. *h. t.*
e §. 12.

Occupatio animalium eſt triplex *Venatio*, quæ eſt animalium agreſtium, *Aucupium*, quod eſt volatilium, *Piſcatio*, quæ eſt aquatilium. *f*

f *ib.*

In bello per captivitatem adquirimus non tantum res hoſtium, ſed & ipſos hoſtes, qui tamen ad ſuos ſi reverſi fuerint priſtinum ſtatum recipiunt. *g*

g *d.* §. 17. *l.* 5. §. *fin. ff. de A. R. D.*

Inventio eſt vel earum rerum, quæ nullius unquam fuerunt, ut ſunt lapilli, gemmæ &c. quæ in littore maris inveniuntur *h*. Vel earum quæ alicujus fuerunt, ſed eſſe deſierunt, ut Theſaurus.

h *d.* §. 18. *l.* 1. *ff. de A. q. poſſ.*

Theſaurus eſt vetus quædam depoſitio pecuniæ, cujus memoria non extat, ita ut jam dominum non habeat. *i*

i *l.* 31. §. 1. *ff. de Acq. rer. dom.*

Theſaurus ſi inveniatur in loco proprio, ſacro vel religioſo, totus inventori cedit; ſi in alieno loco ſeu privato, ſeu publico, ſeu fiſcali inveniatur, dimidium tantum inventori acquiritur. *k*

k §. 39. *h. t.*

Ut autem Theſaurus in alieno loco fiat inventoris, inveniri debet caſu fortuito, non datâ operâ, aut illicitis artibus. *l*

l *l. un. Cod. de Theſaur.*

Res

Res pro derelicto habitæ ſunt res, quas verus dominus abjicit eo animo, quod eas nolit in rerum ſuarum numero habere.
* §. *pen. h. tit.* Hæ cedunt primo occupanti. *

Non extendenda hæc acquiſitio ad res quæ levandæ navis gratia in mare abjectæ ſunt, aut inſciente Domino per-
m §. *fin. h. tit.* *l.* 2. §. *fin. l. Rhod. de jact.* ditæ, illæ enim dominorum permanent. *m*

Acceſſio eſt modus acquirendi ex jure gentium, quo is fit dominus acceſſorii, qui eſt dominus rei principalis.

Acceſſio eſt duplex *Naturalis*, quæ fit ſine facto hominis. *Artificialis*, quæ fit cum induſtria hominis.

Ad acceſſionem naturalem ſpectat Fætura, Alluvio, Coalitio, Inſula in flumine nata, Alvei mutatio.

In fætura animalium obſervatur hæc
n §. 19. *h. l.* 6. *ff. de A.R.D.* regula; *Partus ſequitur ventrem.* n

Alluvio eſt incrementum latens, quod Flumen paulatim ita agris noſtris adjicit, ut intelligi non poſſit, quantum quoquo
o §. 20. *h. t.* *l.* 7. §. 1. *ff. de A. R. D.* temporis momento adjiciatur. *o*

Coalitio contingit, quando flumen partem vicini agri meo prædio adjecit, eaque tam diu adhæſerit, ut cum mea terra coaluerit, quo caſu mihi ac-
p §. 21. *h. t. l.* 7. §. 2. *ff. de A. R. D.* quiritur. *p*

Inſula eſt eminentior terræ pars, quam undique mare vel flumen cingit.

In-

Inſula in medio flumine nata plerumque dividitur inter eos, quorum prædiis proxime adjacet, pro modo latitudinis cujuſque fundi. *q*

Si non naſcitur in medio, fit ejus cujus agro proxime adjacet. *r*

Alveus eſt illa terra, ſuper quam flumen fluit.

Si flumen alveum mutaverit; vetus alveus acquiritur iis, qui prædia habent vicina, pro modo latitudinis cujuſque prædii. *ſ*

Omnes fere hæ acceſſiones ceſſant in agris *t* limitatis. *u*

Ad acceſſionem artificialem ſpectat Inædificatio. Intextura, Implantatio, Satio, Scriptura, Pictura.

Per ædificationem is fit dominus ædium, qui eſt dominus fundi. *x*

Si quis itaque in ſuo ſolo ædificavit ex aliena materia ipſe fit dominus; ita tamen ut priſtino domino ſuperſit actio, quæ vocatur *Actio de Tigno juncto* in duplum.

Non competit ipſi interim rei vindicatio, vel actio ad exhibendum propter legem 12. Tabb.

Si in alieno ſolo ex ſua materia quis ædificavit, is fit dominus ædificii, qui eſt dominus ſoli *y* quid ſi ſciens ita ędifica-

q §. 22. *h. t.*

r *d.* §. 22. *l.* 24. *l.* 30. §. 2. *ff. de A. R. D.*

ſ §. 25. *h. t. l.* 2. §. 5. *l.* 30. § 3. *ff. de A. R. D*

t *l.* 26. *ff. de A. R. D. l.* 1. §. 6. & 7. *ff. de flum.*

u *ib.* & *l.* 28. §. 6. *ff. de Rei vind.*

x §. 29. *h. t. l.* 7. §. 10. & *ſeqq. ff. de A. R. D.*

y *ib.*

ficaverit, dominium materiæ amittit. z

Quid ſi ignorans tunc dominum petentem, nec impenſas reſtituentem repellere poteſt, exceptione doli mali a. Si autem in poſſeſſione conſtitutus non ſit, nullam actionem habet ad repetendas impenſas. b

Per *Intexturam* purpura aliena meo veſtimento intexta mihi cedit. c

Si autem purpura furto ſurrepta ſit, domino furti actio & condictio competit.

Per *Implantationem* planta fit ejus, cujus eſt ſolum, ſive quis plantam ſuam implantaverit alieno ſolo, ſive alienam ſuo ſolo, modo radices egerit *d*.

Simile obſervatur in *ſemine*, quod eſt illius, in cujus fundo ſatum eſt *e*.

Idem quoque in *Literis*, quæ licet aureæ ſint, tamen chartæ cedunt. *f*

In *Pictura* tamen contra obſervatur, non enim pictura cedit tabulæ, ſed tabula picturæ, idque ob picturæ pretium. *g*

Specificatio eſt modus acquirendi ex jure Gentium, quo quis ſpeciem ex aliena materia, aut partem ex ſua, partim ex aliena, bona fide, & ſuo nomine factam, ſuam facit, modo non poſſit reverti ad priorem materiam. *h*

Exemplum ſpecierum, quæ ad priſtinam

z §. 30. *l.* 7. §. 12. *ff. de A. R. D.*

a *d.* §. 30.

b *l.* 14. *ff. de doli mali & met. excep. l.* 33. *ff. de cond. indeb.*

c §. 26. *h. t.*

d §. 31. *h. t. l.* 7. §. 13. *ff. de A. R. D.*

e. §. 32. *h. t. l.* 9. *pr. ff. de A. R. D.*

f §. 33. *h. t. l.* 9. §. 1. *ff. de A. R. D.*

g §. 34. *h. t. l.* 9. §. 2. *ff. A. q. rer. dom.*

h §. 23. *h. t. l.* 24. & 25. *d. tit.*

nam materiam reverti nequeunt, ſunt vinum ex uvis, oleum ex olivis factum.

Si autem ſpecies reverti poſſit, (uti vas aureum argenteum ad maſſam auri vel Argenti) materiæ dominus dominium retinet, niſi forte præter operam materiam quoque propriam contulit *i*. i *d.* §. 25. *in fin.*

Confuſio eſt modus acquirendi ex jure gentium, quo duorum dominorum materiæ, vel ipſorum voluntate, vel caſu commixtæ, fiunt communes: eſtque duplex. *Confuſio in ſpecie*, quæ eſt rerum liquidarum, *k* & *Commixtio*, quæ eſt rerum aridarum. *l* k §. 27. *h. tit.* l §. 28. *h. t. l.* 7. §. 8. *&* 9. *h. t. de A. R. D.*

Differt hic modus à ſpecificatione, utpote quæ 1. Nec voluntate unius fit, ſed utriuſque, vel caſu fortuito. 2. non in unius materia locum habet. 3. communionem indicit: quæ omnia in ſpecificatione ſecus ſe habent.

Fructuum ex aliena re Perceptio eſt modus acquirendi ex jure Gentium, quo bonæ fidei poſſeſſor fructus ex aliena re perceptos & conſumptos irrevocabiliter ſuos efficit. *m* m §. 35. *h. t.*

Fructus eſt acceſſio rei, quæ vel ex re ipſa, vel occaſione ejus provenit. *n* n *l.* 50. *in fin. ff. ad Sc. Trebell.*

Fructus ſunt duplices, vel *Naturales*, qui ex re natura frugifera proveniunt, ut poma, pira, frumentum &c.

Vel

Vel *Civiles*, qui occaſione rei naturâ ſterilis proveniunt, ut uſuræ, penſiones, mercedes &c. *o*.

Naturales iterum ſunt vel *naturales in ſpecie*, quos natura profert ſine cura & cultura hominis, ut poma, pira: vel *Induſtriales*, quos natura profert adhibita cura, & cultura hominis, ut frumenta, ſegetes &c. *p*

Utrique ſunt vel *extantes* vel *conſumti*: *extantes* iterum vel ſunt *Pendentes*, qui in arbore adhuc pendent *q* vel *Percepti*, qui jam ab arbore, vel terra remoti ſunt. *r*

Bonæ fidei poſſeſſor eſt, qui ignorat rem alienam eſſe. *ſ*

Malæ fidei poſſeſſor, qui id non ignorat. *t*

Bonæ fidei poſſeſſor omnes fructus conſumtos facit ſuos *v* non tantum induſtriales, ſed & naturales *x*.

Malæ fidei poſſeßor nullos omnino ſibi fructus acquirit, nec de iis tantum tenetur, quos percepit; ſed & de iis, quos honeſte percipere potuiſſet. *y*

Traditio eſt datio poſſeſſionis, facta à vero Domino rei, animo alienandi dominii, & ex cauſâ habili ad transferendum dominium. *z*

Traditio eſt duplex vel *vera*, vel *quaſi traditio*. *Vera traditio* eſt rerum mobilium,

o *l. 62. ff. de rei. vind.*

p *l. 28. & 45. ff. de Uſuris.*

q *l. 44. ff. de rei vind.*

r *l. 13 ff. quib. mod. uſufr. amit.*

ſ *l. 109. ff. de V. S.*

t *l. 33 § 1. ff. ff. de Uſurp.*

v *l. 4. § 2. ff. fin. Reg.*

x *l. 48. p. de Acq. om. R. D.*

y *l. 5. & 22. C. de Rei Vind. l. 33. ff. eod.*

z *§. 40. I. h. t. l. 9. §. 4. & ſeqq. ff. de A. R. D.*

lium, quia hæ ſolæ de manu in manum tradi poſſunt.

Quaſi Traditio eſt rerum immobilium & incorporalium, imo & in aliis rebus quaſi traditio locum habere poteſt.

Quaſi traditio ſive *ficta*, vel fit per fictionem brevis manus, vel per ſymbolum aliquod.

Fictio brevis manus eſt, cum actus, qui intervenire debeat, occultatur. *x* Ut ſi rem apud te depoſitam, aut tibi locatam; poſtea tibi vendidero. *y*

Per ſymbolum fit traditione clavium *z* vel tranſlatione rei incorporalis.

x *l.* 3. §. *pen. ff. de donat. int. vir & uxor.*

y §. 43. *h. tit. l.* 9. §. 1. *ff d. A. R. D.*

z *l.* 1. *C. de donat.*

TITULUS II.

De rebus corporalibus & incorporalibus.

SEcunda rerum diviſio eſt, quod quędam res ſunt corporales, quædam incorporales. *a*

Corporales, quæ ſua natura tangi poſſunt, ut homo, fundus, aurum &c.

Corporales vel ſunt *mobiles*, quæ loco moveri poſſunt, vel *immobiles*, quæ loco moveri non poſſunt.

Mobiles iterum vel ſunt *mobiles in ſpecie*, ut res inanimatæ, vel *ſe moventes* ut animatæ. *b*

Incorporales res ſunt, quæ ſuâ natu

a *pr. h. tit. l.* 1. §. 1. *ff. de Rer. div.*

b *l.* 30. *pr. Cod. de jure dot.*

râ tangi non poſſunt, ut ſunt hæreditas, pecunia quoad valorem, obligatio, ſervitus. *c*

c *l.* 46. *ff. de Cond. indebit.*

Servitus eſt jus quo res aliena nobis; aut rei noſtræ ſervit; eſtque duplex realis vel perſonalis. *d*

d *l.* 1. *ff. d. ſervit.*

Realis ſervitus eſt, quando res aliena rei noſtræ ſervit.

Perſonalis, quando res aliena nobis ſervit, id eſt utilitatem præſtat.

TITULUS III.

De ſervitutibus Prædiorum ruſticorum & urbanorum.

D. 8. *T.* 1. 2. 3. *C.* 3. *T.* 34.

SErvitutes reales aliter vocantur prædiales, quod ſine prædiis conſtitui non poſſint. *a*

a §. 3. *h. t. l.* 1. §. 1. *ff. Com. Præd.*

Sunt vel urbanæ, vel ruſticæ.

Servitus nomen accipit à prædio dominante.

Prædium dominans eſt, cui debetur ſervitus.

Prædium ſerviens, quod debet ſervitutem. Itaque *ſervitus Urbana* eſt, quam prædium, ſive ruſticum, ſive urbanum, debet prædio urbano.

Ruſtica quam prædium, ſive ruſticum, ſive urbanum debet prædio ruſtico.

Ruſticum prædium eſt, quod ad uſum ruſticum eſt comparatum, licet ſit in urbe. *b*

Urbanum prædium eſt quod inhabitandi vel commercii cauſa exſtructum eſt, quamvis ſit ruri.

b *l.* 198 *ff V. Sig.*

Ruſticæ ſervitutes ſunt Iter, Actus, Via, Aquæductus, Aquæhauſtus, Pecoris ad aquam apulſus.

Iter eſt jus eundi, ambulandi hominis per prædium alienum. *c*

Actus eſt jus agendi jumentum, vel vehiculum. *d*

Via eſt jus eundi (forte *vehundi*,) ambulandi, & agendi hominis. *e*

Aquæductus eſt jus aquæ ducendæ per fundum alienum, vel domum alienam. *f*

Aquæhauſtus eſt jus hauriendi aquam ex alieno puteo. *g*

c *pr. h. t. l.* 1. *pr. ff. de S. P. R.*

d *ibid.*

e *ibid.*

f *ibid. & l.* 11. §. 1. *de Publ. in rem. act.*

g *l.* 3. *in fin. ff. de S. P. R.*

Urbanæ ſervitutes, ſunt jus Oneris ferendi, Tigni immittendi, Stillicidii aut Fluminis avertendi, vel non avertendi, Altius tollendi, vel non altius tollendi, ſervitus Luminum, & ne luminibus officiatur, Proſpectus, & ne proſpectui officiatur. *h*

h §. 1. *h. tit.*

Jus Oneris ferendi, eſt ut vicinus in ſuo Pariete onus noſtrarum ædium ſuſtinere cogatur, & parietem collapſum reficere. *i*

i *l.* 33 *ff. de*

S. P. U. l. 6. §. 2. ff. ſi ſerv. vind. *Servitus Tigni immittendi* eſt jus immittendi Tignum in parietem vicini. *k*

k l. 20. ff. de S. P. U. *Tignum* eſt quævis materia, ex qua ædificatur. *l*

l l. 62. ff. d. V. S.

Servitus Stillicidii avertendi eſt jus, quo vicinus cogitur pati, ut aqua pluvialis ex meo predio in ipſius prædium guttatim cadat. *m*

m l. 20. ff. 2. 5. & 6. ff. de S. P. U.

Non avertendi eſt, quo prohibetur vicinus ſtillicidium ex meo prædio in ſuum avertere.

Servitus fluminis eſt, quando eadem aqua per canales, aut tubos collecta, in prædium vicinum decidit.

Servitus altius tollendi eſt, cum alicui licet invito vicino; cumque ejus incommodo altius ędificare, quam jure publico, aut conſuetudine ſtatutum eſt.

Altius non tollendi eſt, quando vicinus ultra pręſcriptam formam altius non poteſt ędificare. *n*

n l. 9. 14. 24. ff. de ſ. p. u.

Servitus Luminum eſt, quo nobis licet facere feneſtras in noſtro pariete; ut inde fiat proſpectus in prędium vicini, cui non licet aliquid exſtruere, quod uſum feneſtrarum impediat. *o*

o l. 4. ff. de S. P. U.

Servitus ne luminibus officiatur eſt, ne poteſtas ſit vicino luminibus jam factis quoquo modo officiendi. *p*

p l. 12. & 15. ff. eod.

Quo modo ſervitutes conſtituantur,

&

& amittantur, docebitur titulo ſequenti.

TITULUS IV.

De Uſufructu.

D. 7. T. 1. C. 3. T. 33.

PErſonales ſervitutes ſunt uſusfructus, Uſus, & Habitatio.

Uſusfructus eſt jus, alienis rebus utendi, fruendi, ſalvâ rerum ſubſtantiâ. *a*

Eſtque duplex, verus, vel quaſi uſusfructus.

Verus Uſusfructus eſt earum rerum, quibus uti poſſumus ſalvâ ſubſtantiâ.

Quaſi uſusfructus eſt earum rerum, quæ ipſo uſu conſumuntur, ut ſunt vinum, oleum, pecunia &c. *b*

In vero uſufructu interponitur cautio de re utenda, fruenda, boni viri arbitratu, & finito uſufructu in ſpecie reſtituenda. *c*

Quaſi uſusfructus conſtituitur prævia cautione, de re ejuſdem bonitatis in genere reſtituenda, aut ejus æſtimatione. *d*

Conſtituuntur ſervitutes vel in ultima voluntate per teſtamentum, vel inter vivos pactis & ſtipulationibus: *e* etiam longi temporis præſcriptione, decem annorum inter præſentes, viginti anno-

a *h. t. l. 1 ff. eod.*

b §. 2. *h. tit*

c *l. 1. §. 3. & ult. ff. uſufr. quem cav.*

d *l. 6. & ſeqq. ff. de uſufr. ear. rer.*

e §. *ult. l. t. præc.*

f *l. fin C. de long. temp. præſc.*

g *l. 6. §. 1. ff. de uſufr. l. 21. §. 4. ff. fam. erciſ.*

norum inter abſentes. *f* Item adjudicatione judicis in judiciis diviſoriis familiæ erciſcundæ, communi dividundo. *g*

Amittuntur ſervitutes.

h *l. 14. ff. quemad. ſerv. am.*

1. Rei interitu. *h*

i *l. 1. ff. eod.*

2. Conſolidatione, quæ contingit, quando ſervitus & proprietas rei ſervientis ad unam perſonam pervenerit. *i*

k *§. 3. h. tit. l. pen. C. de ſervit.*

3. Non utendo per modum præſcriptum, & tempus lege definitum. *k*

l. 14. §. 1. ff. de ſervit.

m *§. 3. h. tit. l. 66. ff. de jure dot.*

4. Voluntate Domini prædii dominantis, ſi ſrevitutem remiſerit, vel *expreſſe l*, quo pertinet etiam ceſſio uſusfructus domino proprietatis facta: nam cedendo extraneo nihil agitur; *m* vel *tacite*, ut ſi concedat aliquid Domino fundi ſervientis, quod cum ſervitute conſiſtere nequit. *n*

n *l. 8. ff. quem ſerv. amit.*

o *l. 4. ff. de ſervit.*

5. Exiſtente conditione, vel die, ad quam conceſſæ ſunt. *o*

p *§. 3. h. tit.*

Præterea uſusfructus & uſus ſpecialiter finiuntur, morte naturali, & civili, maxima nempe, & media capitis deminutione. *p*

q *d. §. 3. l. 9. & 10. ff. uſufr. ear. rer.*

Quaſi uſusfructus non aliter, quam his duobus poſterioribus modis finitur. *q*

TI-

TITULUS V.

De Uſu & Habitatione. D. 7. T. 8.

U*Sus* eſt jus alienis rebus utendi ſalvâ rerum ſubſtantiâ. *a*

Differt ab uſufructu, quod in uſu minus ſit, quam in uſufructu. *b*

Qui habet uſumfructum habet omnem rei utilitatem, etiam voluptatem: qui habet uſum, tantum utitur re ad quotidianam neceſſitatem. *c*

Nec jus ſuum aliquo modo ad alium transferre poteſt. *d*

Habitatio, eſt jus alienas ædes inhabitandi, vel per ſe, vel per alium, ſalvâ ædium ſubſtantiâ. *e*

Differt ab Uſufructu ædium, quod Uſufructuarius commodum habitationis etiam gratis alteri concedere poteſt *f*. ſecus quam is qui habitationem habet *g*. Ab eo etiam cui uſus ædium relictus eſt, quod habitationem alteri locare poſſit. *h*

a §. 1. *h. tit* *l.* 10. *ff. eod.*

b *d.* §. 1.

c *l.* 12. §. 1. *ff. d. t.* §. 1. & *ſeqq. h. t.*

d §. 1. *in fin.* & §§. *ſeqq. h. tit.*

e §. 5. *h. tit.*

f *d.* §. 1

g *l.* 10. *pr. ff. h. tit.*

l. d. §. 5. *l.* 15. *C. de uſufr.*

TITULUS VI.

De Uſucapionibus & longi temporis Præſcriptionibus. D. 41. T. 3.

HActenus de modis acquirendi ex jure Gentium.

Modi

Modi ex jure civili, vel ſunt *univerſales*: ut hæreditatis aditio &c. vel *particulares*: ut uſucapio, donatio, legatum. &c. *a*

Uſucapio eſt modus acquirendi ex jure civili, quo quis rem alienam, bona fide, juſto titulo, & legitimo tempore poſſeſſam, ſuam efficit. *b*

Requiſita uſucapionis ſunt quinque. Primum eſt *bona* fides *c*, quæ eſt ignorantia rei alienæ. *Bonæ fidei poſſeſſor* eſt, qui ignorat rem alienam eſſe, ac putat ſe eſſe Dominum. *d*

Poſſeſſio eſt detentio rei cum affectu ſibi eam habendi.

Bona fides requiritur tantum ab initio uſucapionis *e*, ſed jure Canonico per totum tempus. *f*

Secundum requiſitum eſt *juſtus titulus*, ſive cauſa habilis, ac legibus probata, ad transferendum Dominium. *g*

Ut ſi quis poſſideat ex emptione, donatione, legato. *h*

Titulus autem putativus non ſufficit, ſed verus requiritur. *i*

Tertium requiſitum eſt, ut res non ſit vitioſa, ſed talis, ut uſucapi poſſit. *k*

Res vitioſa eſt, 1. natura ſua; ut liber homo, res ſacra, religioſa &c. *l*

2. Ob vitium rei inhærens, qualis eſt,

a §. *ult. Inſt. per quas perſon. cuique acq.*

b *l. 3. ff. de uſurp. & uſuc.*

c *pr. h. tit.*

d *l. 109. ff. de V. S.*

e *l. un C. de uſuc. tranſ. l. 2. §. 13. ff. proemt.*

f *c. ult. x. de præſcr.*

g *l. 31. ff. de A. R. D.*

h *pr. h. tit. l. 1. ff. de publ. in rem. act.*

i §. 6. *Inſt. h. t.*

k §. 1. & 2. *h. tit.*

l *d. §. l. 9. ff. eod.*

eſt, res furtiva & vi poſſeſſa, quæ non tantum ab ipſo fure, ſed nec ab alio quovis, utcunque bona fide poſſideat, uſucapi poteſt. *m*

Vitium tamen rei furtivæ purgatur, ſi in domini poteſtatem redierit. *n*

Tertio res quædam inhabiles ſunt ob ſpeciale privilegium, ut res fiſci, (quod tamen ad bona vacantia fiſci nondum nunciata extendi non debet *o*) item res dominicæ. *p* ut & res pupillorum & minorum *q*. pluresque aliæ.

Quartum requiſitum eſt, *poſſeſſio continuata*, non interrupta. *r*

Interruptio poſſeſſionis vocatur uſurpatio. *s*

Interrumpitur poſſeſſio, vel *Naturaliter*, cum res alicui per vim eripitur *t* vel *Civiliter* per litis conteſtationem, ſecundum jus novum *v*

Continuatur poſſeſſio non tantum in una perſona, ſed & in pluribus, ut a Defuncto in Heredem *u*, à Venditore in Eptorem. *x*

In herede autem attendendum, quale initium defunctus habuit, ut ex ejus perſona uſucapare poſſit, vel non: *y* ſecus quam obtinet in ſucceſſore particulari; emtore, qui ex ſua perſona uſucapere poteſt; quod Autor non potuit. *z*) Ul-

m §. 2. *h. t. l.* 24. *ff. de uſurp. & uſuc.*

n §. 3. *h. t. l.* 4. §. 6 & *ſeqq. ff. eod*

o §. 4. *inſt. h. tit. l.* 18. *l.* 24. §. 1. *ff. eod.*

p *t. tit. C. ne rei dom. vel templ.*

q *l.* 3. *C. quib. non obſt. longi temp. l. ult. Cod. in quib. caus. reſt. in integr.*

r *l.* 3. *ff. de uſurp. & uſuc. l.* 22. *C. de præſc. long. tem.*

s *l.* 2. *ff. h. tit.*

t *l.* 5. *ff. h. tit.*

v *l.* 2. *C. de ann. except.*

u §. 7. *h. tit.*

x §. 8. *h. tit. l.* 14. *ff. eod.*

y *l.* 11. *ff. de diverſ. & temp. præſcr.*

z *l.* 5. *ff. eod.*

Ultimum requiſitum eſt *legitimum tempus.*

Uſucapiuntur res mobiles triennio, immobiles decennio inter præſentes, vicennio inter abſentes. *a*

a *pr. h. tit. l. un C. de uſuc. tranſ.*

Titulus VII.

De Donationibus.

D. 39. *T.* 5. *C.* 8. *T.* 54.

Donatio eſt liberalis rei in aliquem collatio. *a*

Eſtque duplex propria, vel impropria. *b*

Propria donatio eſt, quæ ex mera liberalitate, ob nullam aliam cauſam fit, quam ut munificentiam donator exerceat. *c*

Impropria, quæ fit ob aliam aliquam cauſam; ejus exempla ſunt dos, donatio propter nuptias, legatum, donatio remuneratoria, & donatio mortis cauſâ.

Donatio mortis cauſa, eſt quæ fit propter mortis ſuſpicionem, vel ſola mortalitatis cogitatione. *d*

Hæc revocatur ex tribus cauſis. *e*

1. Ex pænitentia donatoris. *f*
2. Ceſſante mortis periculo. *g*
3. Si donatarius præmoriatur. *h*

Mortis cauſa donationes per omnia fere

a *l.* 1. *l.* 29. *ff. de donat.*
b *d. l.* 1.
c *dd. ll.*
d §. 1. *h. t. l.* 2 *& ſeqq. ff. de mort. caus. donat.*
e *d.* §. 1.
f §. *d.* §. 10. *l.* 39. §. 4. *ff. de mort. cauſa don.*
g *l.* 19. *ff. eod.*
h *l.* 23. *ff. eod.*

fere legatis ſunt exæquata. *i* i *d. §. 1. l. fin. C. de donat. caus. mort.*

Donatio inter vivos inſinuari debet, ſi excedat quingentos ſolidos. *k* modo ſimul & ſemel in eandem perſonam collata ſit. *l* k *§. 2. h. t. l. 34. & l. pen. C. eod.* l *d. l. 34. C. §. 3*

Excipiuntur tamen quædam donationes quæ abſque inſinuatione ſubſiſtunt. *m* m *vid. l. pen pr. §. 3. & 2. C. h. tit. nov. 52 cap. 2.*

Si omiſſa ſit inſinuatio, inutilis eſt donatio quoad ſummam quingentos ſolidos excedentem. *n* n *d. l. 34. pr.*

Inſinuare eſt, in acta publica referre. Donatio hæc revocari non poteſt, niſi ob inſignem donatarii ingratitudinem. *o* o *l. ult. C. de revoc. don.*

Donatio propter nuptias, eſt, quam maritus uxori facit ad remunerationem dotis. *p* p *§. 3. h. t. l. 19. e. fin. cod. de donat. ante nupt.*

Hæc ad ſimilitudinem dotis tacitam habet conditionem *ſi nuptiæ ſequantur*. *q* q *l. 4. §. 2. ff. de pactis l. 1. cod. de donat. ante Nupt.*

Et præterea Conſtante matrimonio conſtitui & augeri poteſt *r* r *d. §. 3. & d. l. 19.*

Item doti quoad quantitatem reſpondere debet. *s* s *Nov. 97 cap. 1. Auth. ſed jam. C. de don. ante Nupt.*

TITULUS VIII.

Quibus alienare licet, vel non.

Effectus Dominii acquiſiti eſt libera facultas alienandi. *a* a *l. 21. C. Mand.*

Ete-

Etenim hæc regula eſt.

Solus & verus rei Dominus, eam alienare poteſt. b

b §. 40. *inſt. de rer. diviſ.*

Alienatio eſt actus omnis, per quem Dominium transfertur. *c*

c *l.* 1. *C. de fund. dot.*

Interdum generalius denotat quàmlibet juris deminutionem. *d*

d *l.* 5. *& ſeqq. ff. de fundo dot. l.* 3. §. 5. *ff. de rebus eorum qui ſub tut.*

Verum ab illa regula duæ ſunt exceptiones.

1. Aliquando is, qui Dominus eſt alienare non poteſt, cujus exceptionis exemplum primo ponitur in Marito, qui conſtante matrimonio eſt Dominus prædii dotalis *e*, attamen illud per Legem Juliam neque alienare, neque obligare, ne quidem conſentiente muliere, poteſt. *f*

e *l.* 30. *C. de jure dot.*

f *pr. h. t. l. un* §. 15. *Cod. de rei ux. act.*

Quid ſi tamen prædium æſtimatum in dotem acceperit maritus, liberè illud alienare poterit. *g*

g *l.* 5. *&* 10. *Cod. de jure dot.*

Secundo, impuberes & minores ſunt domini rerum ſuarum, attamen eas alienare nequeunt, ſive tutorum vel curatorum auctoritate. *h*

h §. *ult. h. tit. pr. inſt. de auct. tutor. l.* 11. *ff. de A. R. D.*

Hinc quoque fluit, quod non ſecurè debitor pupillo ſolvat, niſi enim pupillus locupletior ex ea ſolutione factus ſit, iterum ad ſolvendum compelli poteſt. *i*

i *d.* §. *fin.*

Tutius igitur ſolvet tutori ipſi, aut

pu-

pupillo cum tutoris autoritate. *k* k *l.* 46. §. 1. & 7. *ff. de adm. & per tutor. de* §. *fin.*
Tutiſſime, ſi prævio decreto judicis ſolutionem fecerit, quoniam ne quidem reſtitui tunc poteſt pupillus. *l* l *l.* 7. §. 2. *ff. de minor.*

Secunda exceptio eſt; aliquando qui non eſt Dominus, rem tamen alienare poteſt.

Ut Creditor, qui non eſt Dominus pignoris *m*; attamen ſi ei non ſolvatur debitum, pignus vendere poteſt *n*, modo ſemel debitori denunciaverit ſi nihil convenit de vendendo *o*: vel ter denuntiaverit, ſi convenerit ne vendére liceat. *p* m *l.* 35. §. 1. *ff. de pign. act.* n §. 2. *h. t. l.* 4. *l.* 11. *ff. de diſtr. pign.* o *l. ult.* §. 1. *C. de jure dom. impetr.* p *l.* 4. *ff. de pign. act.*

Quid ſi dies venditioni ſeu ſolutioni adjecta eſt, tunc ſine denunciatione pignus vendi poſſe, verius eſt. *q* q *arg. l.* 12. *Cod. de contr. & commit. ſtipul.*

TITULUS IX.

Per quas perſonas cuique acquiritur.
C. 4. *T.* 27.

ACquiritur nobis Dominium non tantum per nos ipſos, ſed etiam per ſervos, quorum vel proprietatem, *a*, vel uſumfructum, vel poſſeſſionem habemus *b*, etiam per liberos noſtros, quos in poteſtate habemus *c*, denique per procuratorem. *d* a §. 3. *h. t.* b §. 4. *h. tit.* c *pr. h. tit.* d §. 5. *h. t.*

Servi autem & filii habent peculium.

Pe-

Peculium eſt puſilla pecunia, quam filius vel ſervus ſeparatam habet à rationibus dominicis & paternis. *e*

e *arg. l. 4. pr. ff. de pecul.*

Servorum peculium eſt tantum ſimplex, at filiorum peculium eſt quadruplex. Profectitium, Adventitium, Caſtrenſe, & quaſi Caſtrenſe.

Peculium profectitium eſt, quod filius acquirit ex re & occaſione ſui patris. *f*

f §. 1. *in fin. h. tit. l. 5. pr. & §§. ſeqq ff. de jure dot.*

Hujus proprietas & uſusfructus eſt apud patrem.

Adventitium peculium, eſt, quod filio aliunde obvenit, puta ex donatione vel ſucceſſione matris, aliorumve cognatorum & amicorum. *g*

g *h.* §. 1. *in fin. l. 6. pr. Cod. de bon. quæ lib.*

Hujus peculii proprietatem habet filius, pater jus adminiſtrationis *h*, & uſumfructum *i*; ac tunc vocatur *adventitium minus plenum* ſeu *regulare*, ſi pater non habet uſumfructum, quod quibuſdam caſibus accidit, vocatur *adventitium plenum* ſeu *irregulare*.

h *l. C. de bon. mat.*
i *d.* §. 1.

Peculium Caſtrenſe eſt, quod filius familias occaſione armatæ militiæ acquirit. *k*

k *l.* 11. & 12. *ff. de Caſtr. pec.*

Quaſi Caſtrenſe, quod filius occaſione militiæ togatæ acquirit, puta ex advocatione, officio publico &c. *l*

l §. *fin. inſt. de teſt mil. l. 4. C. de adv. div. jud.*

In his peculiis patri nihil juris eſt, ſed filius familias, quoad ea, pro patre

re familias habetur. *m*

Per extraneas perſonas nihil alteri acquiritur, excepto eo, quod per Procuratorem non ſolum ſcientibus ſed & ignorantibus nobis acquiratur poſſeſſio & per eam dominium. *n*

m *l. 2. ff. de. SCto Maced. l. 6. in fin. pr. C. de bon. quæ lib*

n *§. pen J. h. tit l. 13. l. 20. § fin. ff. de A. R. D.*

TITULUS X.

De Teſtamentis ordinandis. *D. 28. T. 1. C. 6. T. 22.*

POſt modos acquirendi Particulares tranſit Imperator ad modos Univerſales, inter quos præcipuum locum obtinet hereditatis acquiſitio.

Hereditas eſt ſucceſſio in univerſum jus quod defunctus habuit. *a*

Hereditatem acquirimus, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato. *b*

Teſtamentum eſt voluntatis noſtræ juſta ſententia, de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit. *c*

Teſtamentum eſt duplex, vel ſolenne vel privilegiatum.

Solemne eſt, quod fit ſecundum ſolennitates jure civili requiſitas.

Privilegiatum in quo ſolennitates quædam remiſſæ ſunt.

Utrumque eſt vel *Scriptum*, quod teſtator in ſcriptis facere voluit, vel

a *l. 24. ff. de V. ſig. l. 62. ff. de R. J.*

b *§. ult. tit. præc.*

c *l. 1. ff. qui teſt. fac.*

Nuncupativum, quod facere voluit viva voce. *d*

d §. *ult. h.*

Requiſita teſtamentorum vel *ſunt Communia*, quæ in omnibus teſtamentis locum habent; vel *ſpecialia*, quæ tantum obtinent in teſtamento ſolenni.

Communia ſunt 1. ut Teſtator habeat teſtamenti factionem *e*. *Teſtamenti factio* eſt duplex, *Activa*, quæ eſt jus faciendi teſtamentum, & *paſſiva*, quæ eſt jus capiendi ex teſtamento. *f*

e *l. 4. ff. qui teſt. fac. poſſ.*

f §. 4. *inſt. de hered. qual. & diff.*

2. Ut heres inſtituatur, & quidem talis, qui heres eſſe poteſt. *g*

g *l. 1. ff. de hered. inſt.*

3. Ut voluntas teſtatoris probetur. *h*

h §. 1. *inſt de teſt milit. l. 40. pr. ff. eod.*

Specialia requiſita ſunt ſeptem.

1. Ut adhibeantur ſeptem teſtes idonei. *i*

i §. 2. & 3. 1. *h. tit.*

2. Ut quiſque annulo ſive proprio ſive alieno ſubſignet. *k*

k *Ibid.* & §. 1. *l. 14. Cod. eod.*

3. Ut teſtes ſpecialiter ad hoc ſint rogati. *l*

l *l. 21. §. 2. ff. qui teſt. fac. poſ.*

4. Ut omnes ſimul ſint in conſpectu teſtatoris. *m*

m §. 3. *h. t. l. 9. C. de teſt.*

5. Ut teſtamentum fiat unico contextu. *n*

n *l. 21. §. 3. ff. qui teſt. fac.* §. 3. *h. t.*

6. Ut nomen heredis per manum teſtatoris vel teſtium declaretur. *o* quod tamen jure noviſſimo eſt correctum. *p*

o §. 4. *h. t. l. 29. C. de teſtam.*

p *Nov. 119. cap. 9. Auth. & non obſerv. C. h. tit.*

7. Ut teſtator & teſtes propria manu ſubſcribant. *q*

q §. 3. *h. tit. l 21 C. eod.*

In

In teſtibus illud requiritur, ut habeant teſtamenti factionem paſſivam. *r* r §. 6. *h. t.*

Habilitas autem inſpicitur tempore teſtamenti facti. *s* s §. 7. *J. h. tit l.* 22. §. 1. *ff. eod.*

Inhabiles autem ſunt *teſtes*, vel *per ſe & naturâ ſuâ*; ut mulier, impubes, ſervus, furioſus, ſurdus, prodigus, improbus ac inteſtabilis. *t* t §. 6. *h. tit.*

Vel *per accidens*, alioquin ſuâ naturâ habiles, idque,

1. Ratione conjunctionis, ut filius in teſtamento patris *u*, vel contra: pater tamen & filius in teſtamento tertii recte adhibentur. *x* u §. 9. *h. tit.* x §. 8. *h. tit.*

2. Ratione inſtitutionis, ut heres ejuſque domeſtici in eo teſtamento, in quo ipſe heres inſtituitur, teſtes eſſe nequeunt. *y* y §. 10. *h. tit.* 10. *ff. de teſt.*

Hoc autem ad legatarios extendi non debet. *z* z §. 11. *h. tit. l.* 20. *ff. l.* 22. *Cod. eod.*

In qua materia, vel quâ linguâ teſtamentum ſcribatur nihil refert. *a* a §. 12. *h. tit.*

Sicuti nec unum teſtamentum quis in pluribus Codicibus ſcribere vetatur. *b* b §. 13. *h. tit.*

TITULUS XI.

De Militari teſtamento. D. 29. T. 1. C. 6. T. 21.

PRivilegiata teſtamenta plurima ſunt; ut *Teſtamentum Parentum inter liberos*, quod nullos teſtes deſiderat, ſed a ſolis parentibus inter ſolos liberos conficitur. *a*

Teſtamentum Principi oblatum, & *Actis inſinuatum* nullas requirit ſolennitates. *b*

Teſtamentum ruſticum valet, etſi quinque teſtes tantum adfuerint, & in eo unus pro altero ſcribere poteſt. *c*

In *Teſtamento peſtis tempore facto*, propter metum contagionis, unus poſt alterum intromitti poteſt. *d*

Militare Teſtamentum, eſt teſtamentum privilegiatum, quod à milite ſtipendia merente, in expeditionibus conficitur, jure militari.

Terreſtrem an Maritimam militiam ſequatur Miles, nihil refert *e*

Privilegia teſtamenti militaris ſunt plurima: exempla hoc titulo hæc extant; quod ſcriptum teſtamentum poſſit facere abſque teſtibus *f*, nuncupativum adhibitis duobus *g*, quod mutus & ſurdus miles poſſet teſtari jure militari *h*, quod

a *l. 21. §. 1. C. de teſt. Nov. 107. cap. 1.*

b *l. 19. Cod. eod.*

c *l. fin. C. qui teſt. fac poſſ.*

d *l. 8. C. de teſt.*

e *l. un. ff. de bonor. poſſ. ex teſt. mil.*

f *pr. h. tit. l. 1. ff. eod.*

g. *§. 1. h. t.*

h *§. 2. h. tit. l. 4. ff. eod.*

quod arrogatione militis teſtamentum non fiat irritum: *i* dantur & alia plura, ex Digeſtis petenda.

Summa ratione ſolennitatum huc redit, quod Militis voluntas quocunque modo, ſive ſcriptura, ſive verbis declarata, ut de ea conſtare poſſit, ac ſimul ſeria eſt, valet; itaque omnia ea, quæ ſubtilitatem magis Civilem, quam naturalem rationem ſpectant, militibus remiſſa ſunt. *k*

Illud requiritur, ut in Expeditione militari teſtatus ſit, vel in Caſtris, ſi enim in Sedibus, aut in præſidiis teſtetur, teſtari debet jure Paganico. *l*

Teſtamentum, jure militari factum, valet adhuc intra annum à die miſſionis *m*, ſi nimirum *miſſio* ſit Honeſta, quæ datur emeritis ſtipendiis: *n*

Vel *Cauſaria*, quæ datur ei, qui membro rupto, ad bellum inhabilis factus eſt. *o*

Non item ſi *miſſio* ſit *Ignominioſa* ob delictum, tunc enim teſtamentum ſtatim valere deſinit. *p*

Quid ſi contra Paganus teſtamentum faciat jure militari, ac poſtea miles fiat, non alias id valet, quam ſi de novo, ſeu verbis, ſeu factis voluntatem declaraverit. *q*

i §. 5. *h. tit.*

k *pr. h. tit. l.* 1. *ff. eod.*

l §. 1. *in fin.* & §. 3. *h. tit.*

m §. 3. *h. tit.*

n *l.* 26. *ff. h. tit.*

o *l.* 12. §. 3. *ff. de re milit.*

p *d. l.* 26. *l.* 2. §. 2. *ff. de his qui not. infam.*

q §. 4. *tit. l.* 9. §. 1. *l.* 20. §. 1. *ff. eod.*

Togati milites de quaſi Caſtrenſi peculio teſtari quidem poſſunt, ſed jure communi id facere debent. *r*

r §. *fin. h. tit.*

TITULUS XII.

Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum. D. 28. T. 1. C. 6. T. 22.

TEſtamentum omnes facere poſſunt, qui non prohibentur.

Prohibentur quidam ob ſtatum ſuum, quidam ob defectum.

Ob ſtatum teſtari prohibentur Servi *a*, item capti ab hoſtibus *b* (Codicilli autem captivitatis tempore facti valent *c*) peregrini, *d* hæretici *e* obſides * Capitis damnati *f*.

Prohibentur ex eadem cauſa filiifamilias, qui ne quidem permittente patre teſtari poſſunt. *g*

Teſtari tamen poſſunt de peculio Caſtrenſi, & quaſi Caſtrenſi *h*, de nullo alio, ne quidem de Adventitio Pleno. *i*

Ob defectum, quidam prohibentur vel *Animi*, ut impuberes, furioſi *k*, mente capti, prodigi. *l*

Vel ob vitium corporis ſurdi & muti ſimul à natura. *m*

Quid ſi talis factus ſit per accidens vel etiam alterutro vitio tantum labore

a *l.* 8. §. *ult. ff. qui teſt fac.*
b *d. l.* 8. *pr.* §. *fin. h. tit.*
c *l.* 12. §. 1. *ff. de Capt. & poſtl. rev.*
d *d. l.* 8. §. 1. *l.* 1. §. 2. *ff. de leg.* 3.
e *l.* 4. & *Auth. credentes C. de hæretic.*
* *l.* 11. *ff. h. tit.*
f. *l.* 8. §. 1. & *ult. ff. h. tit.*
g *pr. inſt. h. tit.*
h *d. pr.*
i *arg. d. pr. in fin. & l. pen. C. qui teſta. fac. poſ.*
k §. 1. *h. tit. l.* 5. *ff. qui teſt. fac. poſſ.*
l *d.* §. 1. & 2.
m §. 3. *h. tit. l.* 10. *C. qui teſt. fac. poſſ.*

recte teſtamentum in ſcriptis condere poteſt, ſi literas noverit. *n*

n *d. l.* 10.

Prædictarum perſonarum teſtamenta tempore defectus facta adeo invalida ſunt, ut non convaleſcant, licet in teſtatore, eo tempore quo moritur, dicti defectus ceſſent. *o* quamvis a contrario defectus Teſtatori poſt conditum teſtamentum ſuperveniens, illud non vitiet. *p*

o §. 1. & 2. *h. t. arg. l.* 29. *ff. de Reg. jur.*
p §. 1. *Inſt. h. tit. l.* 18. *l.* 20. §. 4. *ff. eod.*

Cæcus non poteſt facere teſtamentum niſi adhibitis his ſolennitatibus

1. Debent adhiberi ſeptem teſtes.
2. Præter hos Notarius, aut ſi non poſſit haberi, octavus teſtis.
3. Coram omnibus uno contextu debet declarare ſuam voluntatem.
4. Debet incipere ab heredis inſtitutione.
5. Omnes teſtes & Notarius debent ſubſcribere & ſigillare. *q*

q §. 4. *h. tit. & l.* 8. *C. qui teſt. fac. poſſ.*

TITULUS XIII.

De Exheredatione Liberorum. D. 28. 7. 2. *C.* 6. 7. 28. 29.

CAput & fundamentum teſtamenti eſt Heredis inſtitutio *a* quæ eſt deſignatio ſucceſſoris in univerſum jus quod Defunctus tempore mortis habuit. *b*

a §. 34. *J. de Legat.*
b *l.* 24. *ff. de V. Sign.*

Hæc vel *voluntaria* eſt, vel *neceſſaria.*

 Volun-

Voluntaria eſt Extraneorum, de qua tit ſequenti. Neceſſaria eſt Suorum Heredum hoc titulo.

Ut enim Teſtamentum patris valeat requiritur, ut liberos ſuos nominatim heredes inſtituat, aut ex juſta cauſa exhæredet: ſi ſilentio liberos præterierit, *teſtamentum eſt ipſo jure nullum c*; aut ſi ex iniqua cauſa exheredet, teſtamentum *eſt Inofficioſum. d*

c pr. h. tit. l. 4. Cod. d. lib. præt.
d Nov. 115. cap. 3.

Matris præteritio quoque facit teſtamentum inofficioſum *e*, ſicuti & militis præteritio in expeditione militari facta, cum liberos ſe habere ſciret. *f*

e §. fin. h. tit. l. 27. §. fin. ff. de inoff teſt.
f §. pen. h. tit.

Differt teſtamentum *Nullum* ab *Inofficioſo* quod ex nullo nihil debetur *g* ex inofficioſo autem vitiatur ſola heredis inſtitutio, cætera firma manent. *h*

g l. 17. ff. de injuſt rupt. irrit. teſt. l. 31. ff. h. tit.
h auth. ex Cauſa Cod. de lib. præter.

Inſtituendi autem liberi non tantum ſui; ſed & emancipati, nec nati ſolum, ſed & Poſthumi. *i*

i §. 5. h. tit.

Poſthumi ſilentio præteriti agnaſcendo rumpunt teſtamentum. *k*

k §. 1. h. tit. l. 4. C. de lib. præt.

Nepos ab avo præteritus, mortuo patre vocatur *quaſi poſthumus*, & quaſi agnaſcendo rumpit teſtamentum. *l*

l §. 2. h. tit.

Filius emancipatus præteritus acquirit bonorum poſſeſſionem contra tabulas. *m*

m §. 3. h. tit.

Jure antiquo circa exheredationem

non

non idem jus obtinebat in filiabus quod in filiis, neque in nepote: nec idem in poſthuma filia, quod in filia jam nata juris erat, ſed Juſtinianus omnes antiquas differentias ſua Conſtitutione ſuſtulit. *n*

n § 5. J. h. tit. l. 4. C. de lib. præter.

Exheredatio eſt hereditatis teſtamento vel lege conceſſæ ademtio.

Ut exheredatio valeat, præcipue requitur, ut fiat ex juſta cauſa nominatim teſtamento inſerenda: ſunt autem *juſtæ cauſæ quatuordecim*, *o* enumeratæ vulgatis verſibus;

o d. Nov. 115. cap. 3.

Bis ſeptem ex cauſis exheres filius eſto:
1. *Si patrem feriat*, 2. *vel maledicat ei*,
3. *Carcere concluſum ſi negligat*, 4. *aut furioſum*,
5. *Criminis accuſet*, 6. *vel paret inſidias*,
7. *Si dederit damnum grave*, 8. *ſi nec ab hoſte redemit*,
9. *Teſtarive vetet*, 10. *ſe ſocietque malis*.
11. *Si mimos ſequitur*, 12. *vitietque cubile paternum*.
13. *Non orthodoxus*, 14. *filta ſi meretrix*.

Ti-

TITULUS XIV.

De Herebus Inſtituendis. D. 28. *T.* 5. *C.* 5. *T.* 24.

H*eredes inſtitui poſſunt*, omnes qui ſpecialiter non prohibentur, ſic recte inſtituuntur Collegia licita, Civitates, *a* Eccleſiæ. *b*

a *l.* 12. *C. de hered. inſt. l.*
b *l.* 1. *C. de SSt. Eccleſ.*

Nec tantum liberi homines, ſed & *ſervi proprii*, *&* *alieni.* Proprii cum libertate, vel expreſſa vel tacite ſubintellecta: alieni autem ex perſona dominorum *c*; noti & ignoti *d*, tot quot teſtator voluit. *e*.

c *pr. h. tit l.* 13. *ff. eod*
d §. *ult. h. tit.*
e §. 4. *h. tit.*

Tota hereditas vocatur *As*, Hæc dividitur in duodecim partes, quæ ſingulæ vocantur *Unciæ*.

Sextans continet duas partes ſeu uncias, *Quadrans* tres partes, *Triens* quatuor, *Quincunx* quinque, *Semis*, ſex, *Septunx* ſeptem, *Bes* octo, *Dodrans* novem, *Dextans* decem, *Deunx* undecim. *f*

f. §. 5.

Si unus inſtitutus ſit, quamvis pro parte vel ex certa re, totam hereditatem ſolus conſequitur, propter regulam juris civilis, *quod nemo in paganis pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus decedere poteſt. g*

g §. 5. *h. tit. l.* 1 §. 4. *ff. h. tit. l.* 7. *ff. de R. Jur.*

Si plures ſunt heredes, dividunt he-

re-

reditatem inter ſe, vel ſecundum partes a teſtatore expreſſas, vel æqualiter, ſi nullæ partes expreſſæ ſunt. *h*

Si autem partes aliquæ deſint, vel ſuperſint, ſingulis heredibus, quibus partes datæ ſunt, vel decreſcunt, vel accreſcunt pro rata *i*, niſi unus, vel plures ſine partibus ſcripti ſunt, tunc enim partes, quæ ad Aſſem vel Dupondium vel Tripondium deſunt, illi, vel illis debentur. *k*

Heres inſtitui poteſt, vel pure, vel ſub conditione, non ex certo tempore, vel ad certum tempus. *l* Dies autem incertus pro Conditione habetur. *m*

Conditio eſt caſus collatus in futurum, qui vel evenire, vel non evenire, vel aliter evenire poteſt. *n*

Eſtque duplex *poſſibilis* & *impoſſibilis*.

Poſſibilis eſt triplex, poteſtativa, caſualis & mixta. *o*

Poteſtativa eſt, quæ poſita eſt in noſtra poteſtate, ut ſi *Servum manumittas*, ſi, *Capitolium non aſcenderis*. *p*

Caſualis eſt, quæ in incerto fortunæ eventu poſita eſt, ut *ſi cras pluet*.

Mixta, quæ partim in incerto fortunæ eventu, partim in noſtra poteſtate poſita eſt, ut *ſi Maviam uxorem duxeris*.

Heres inſtitui poteſt ſub qualibet con-

h §. 6. *h. tit l. 9. §. 12. ff. eod.*

i §. 6. 7. & 8. *h. tit. l. 13. §. 3. ff. eod.*

k *dd. §§.*

l §. 9. *h. tit. l. 34. ff. de Condit Inſtit.*

m *l. 75. ff. de Condit. & Dem. l. 56. & 62. ff. h. tit.*

n *l. 39. ff. de Reb. Cred. l. l. 10. §. 1. ff. de Cond. inſt.*

o *l. un. §. 7. C. de Caduc. toll.*

p *d. l. un*

ditione, filius vero ſub poteſtativa tantum. *q*

Impoſſibilis conditio vel natura talis eſt, vel moribus. *r*

Utraque, ſi inſtitutioni adjiciatur, pro non ſcripta habetur. *s*

Si plures conditiones adjiciantur, conjunctim, omnes impleri debent, ſi disjunctim, ſufficit unam exiſtere. *t*

q *l. 4. ff. de Hered. inſt. l. ult. ff. de Cond. inſt.*
r. *l. 15. ff. eod.*
s *§. 10. h. tit. l. 1. 14. 20. ff. de Cond. inſtit.*
t *§. 11. h. tit. l. 5. ff. de Cond. inſtit.*

TITULUS XV.

De Vulgari Subſtitutione. D. 28. T. 6.

SUbſtitutio eſt ſecundi vel ulterioris heredis inſtitutio, in locum prioris deficientis. *a*

Eſtque duplex vulgaris, vel pupillaris.

Vulgaris, eſt quæ fit à quocunque teſtatore, cuicunque heredi inſtituto, in caſum *ſi heres non erit. b* Id eſt ſi heres eſſe non poſſit, aut ſi heres eſſe nolit. *c*

Semel adita hereditate in perpetuum excluditur ſubſtitutus *d*; niſi liber homo ſubſtitutus ſit ſervo, quo caſu in dimidiam partem liber homo cum ſervo admittitur. *e*

Subſtitui poſſunt plures in unius locum, vel unus in plurium, vel ſinguli in

a *l. 1. ff. h. tit.*
b *pr. h. tit.*
c *l. 3. C. de hered. inſt.*
d *l. 5. C. de impub & aliis ſub.*
e *§. fin. h. tit.*

in ſingulorum *f*, vel invicem ſibi, quæ poſterior vocatur Reciproca ſubſtitutio. *g*

f §. 1. *h. tit.*

Hoc caſu, ſi teſtator forte in ſubſtitutione nullas partes expreſſerit, hæc regula obtinet, *quæ partes in inſtitutione data ſunt, eadem repetita cenſentur in ſubſtitutione. h*

g *l.* 4. *ff. h. tit.*

Illud quoque pro regula tenendum, *quod ſubſtitutus ſubſtituti ſit etiam ſubſtitutus inſtituti. i*

h §. 2. *h. tit. l.* 5. *l.* 8. *l.* 24. *ff. h. tit.*

i §. 3. *h. tit. l.* 27. *ff. eod.*

TITULUS XVI.

De Pupillari Subſtitutione. D. 28. *T.* 6.

PUpillaris ſubſtitutio, eſt quæ fit a ſolis parentibus liberis ſuis, qui ob ætatem, vel aliud impedimentum teſtari nequeunt.

Hæc vel vera eſt, vel quaſi pupillaris.

Vera pupillaris Subſtitutio eſt ſecundi heredis inſtitutio, quæ fit à ſolo Patre qui liberos habet in poteſtate, liberis ſuis impuberibus, in caſum, *ſi heredes non erunt, vel ſi heredes erunt, & intra pubertatem moriantur. a*

a *pr. h. tit. l.* 2. *ff. eod.*

Eſt autem expreſſa, vel tacita.

Expreſſa quæ continet utrumque caſum.

Tacita

Tacita, quæ continetur ſub expreſſa vulgari, *ut ſi heres non erit. b*

b *l.4.pr.ff. h.tit.*

Subſtituere pupillariter non poteſt pater, niſi primo ſibi heredem ſcribat: eſt enim ſubſtitutio pars & ſequela paterni teſtamenti: ut ſi patris teſtamentum non valeat, nec ſubſtitutio valere poſſit. *c*

c §.5.*h.tit. l.*2.§.1.*ff. eod.*

Pupillariter ſubſtitutus, ſi admittatur capit bona utriuſque, & teſtatoris & pupilli. *d*

d *l*.10.§.5. *l.*15.*ff.h.tit.*

Quid ſi autem exheredato filio ſubſtituat pater, tunc ſubſtitutus capit bona adventitia pupilli. *e*

e §.4.*tit.*

Evaneſcit hæc ſubſtitutio per pubertatem pupilli. *f*

f §.*pen.* & *ult. h. tit.*

Quaſi Pupillaris Subſtitutio, quæ etiam *Exemplaris* dicitur, eſt ſecundi heredis inſtitutio, quæ fit à parente utriuſque ſexus, liberis tam puberibus, quam impuberibus, etiam emancipatis, furioſis, mente captis, prodigis, ſurdis, mutis, in caſum *ſi in furore vel infirmitate iſta deceſſerint. g*

g §.1.*h.tit.l.*9.*C. de impub.* & *al.ſubſtit.*

Proprium hujus ſubſtitutionis quoque eſt, *quod quaſi pupillariter non licet ſubſtituere quemlibet*, ſed primo ſubſtituendi ſunt deſcendentes filiorum, ſi illos non habent, tunc fratres & ſorores, aut ſaltem unus ex prædictis ſubſtituendus eſt, ſi neque eos habeant, tum demum quemlibet ſubſtituere licet. *h*

h *dd. ll.*

Eva-

Evaneſcit hæc ſubſtitutio ſi liberi ſanam mentem receperint. *i*

i *ibid. l. 43. ff. h. tit.*

TITULUS XVII.

Quibus modis Teſtamenta infirmentur. *D. 28. T. 3.*

TEſtamenta quæ valida non ſunt, aut ab initio ſunt ipſo jure nulla, aut ex poſtfacto infirmantur. *a*

Ab *initio ipſo jure nullum* eſt teſtamentum, quod factum eſt ab eo, qui teſtamenti factionem non habet, item in quo ſolennitates ſunt omiſſæ *b*, vel etiam in quo filius eſt præteritus. *c*

Teſtamenta, quæ ex *poſtfacto infirmantur*, vel rumpuntur, vel fiunt irrita, vel reſcinduntur. *d*

Rumpitur teſtamentum duobus modis, agnatione ſui heredis, vel mutatione voluntatis.

Agnatio ſui heredis vel vera eſt, vel quaſi agnatio.

Vera, quæ aliter *naturalis* dicitur, eſt, cum poſt teſtamentum factum naſcitur filius. *e*

Quaſi agnatio contingit tribus modis.

1. Cum nepos in locum patris ſuccedit. *f*
2. Cum liberi naturales legitimantur. *g*
3. Cum filius adoptatur. *h*

a *l. 1. ff. de injuſt. rupt. irr. teſt.*

b *l. 4. ff. qui teſt. fac. poſſ.*

c *d. l. 1.*

d *§. 5. h. tit.*

e *§. 1. inſt. de exher. lib.*

f *§. 2. eod. l. 13. ff. de injuſt. rupt. irr. teſt.*

g *Nov. 89. c. 12.*

h *§. 1. h. tit. l. 8. pr. ff. de injuſt. rupt. irrit.*

Quid ſi vel verus vel quaſi poſthumus vivo patre iterum decedat, Teſtamentum jure Prætorio ſuſtinetur. *i*

i *l.* 12. *ff. eod.*

Mutationem voluntatis declarat teſtator his caſibus.

1. Si teſtamentum induxerit, deleverit, cancellaverit. *k*

k *l.* 1. *& t. tit. ff. de his quæ in teſt. del.*

2. Si aliud teſtamentum fecerit: nam *Poſterius teſtamentum rite perfectum rumpit teſtamentum prius. l*

l §. 1. & 7. *h. tit. l.* 2. *ff. de injuſt. rupt. irrit. teſt.*

Eſt hoc adeo verum, ut licet ex poteſteriori teſtamento nullus exiſtat heres; tamen prius rumpatur: ſufficit enim, ut exiſtere potuerit. *m*

m *d.* §. 1. *l.* 16. *ff. de injuſt rupt. irrit.*

Nec illud quoque intereſt, quod in priori teſtamento heres ſcriptus ſit ex Aſſe, in poſteriori ex re certa. *n*

n §. 3. *h. tit.*

Sola autem & nuda voluntas teſtatoris, uti & Imperfectum teſtamentum poſterius, prius teſtamentum, quod rite perfectum erat, rumpere nequeunt; licet etiam Princeps inſtitutus foret. *o*

o §. *pen. & ult. h. tit.*

Quid ſi tamen Teſtator coram tribus teſtibus dixerit ſe nolle valere teſtamentum & ex eo decennium effluxerit, ruptum cenſetur teſtamentum. *p*

p *l.* 27. *C. de teſt.*

Irritum fit teſtamentum, vel ex perſona teſtatoris, vel ex perſona heredis.

Ex perſona teſtatoris irritum fit, ſi capitis deminutionem patiatur *q*, vel ma-

q §. 4. *h. tit*

ximam *r*, vel mediam *s*, vel minimam, puta ſi arrogetur. *t*

Illud tamen teſtamentum vires ſuas recipere poteſt, ſi teſtator ante mortem in priſtinum ſtatum reſtitutus fuerit *v*

Ex perſona heredis irritum fit teſtamentum, quando nullus heres exiſtit ex teſtamento, ſeu nemo hereditatem adit. *x*

Reſcinditur teſtamentum duobus modis.

1. Per bonorum poſſeſſionem contra tabulas, quando filius emancipatus eſt præteritus. *y*

2. Per querelam inofficioſi teſtamenti. *z*

r *l. 6. §. 5. ff. h. tit.*
s *d. l. 6. §. 7.*
t *§. 6. h. tit.*
v *d. §. 6. h. tit. l. 6. §. pen. ff. de injuſt. rupt. teſt.*
x *§. 7. inſt. de hered. qua. ab inteſt. l. 1. ff. de injuſt. rupt. irrit.*
y *§. 3. inſt. de exh. lib.*
z *tit. ſeq.*

TITULUS XVIII.

De Inofficioſo Teſtamento. D. 5. T. 2. C. 3. T. 28.

TEſtamentum *inofficioſum* eſt, quod contra officium pietatis factum eſt, præteritis vel exheredatis iis, qui præteriri, aut exheredari non debuerant. *a*

Querela inofficioſi teſtamenti eſt actio in rem *b*, quæ datur præteritis, vel inique exheredatis, adverſus heredem in teſtamento inofficioſo ſcriptum, ad id ut

a *arg. pr. h. tit. l. 3 ff. eod.*
b *arg. l. 10. l. 21. §. 2. ff. h.*

ut teſtamentum reſcindatur, & hereditas reſtituatur. *c*

Competit querela illis quibus debetur Legitima, adeoque 1. liberis inique exheredatis à patre, aut præteritis à matre, vel avo materno *d*. Nihil refert an liberi ſint in poteſtate, an Emancipati *e*, legitimi an legitimati *f*. naturales an adoptivi *g*, nati an poſthumi *h*; imo & ſpurii contra teſtamentum matris admittuntur *i*.

2. Querela datur parentibus ſive præteritis, ſive exheredatis. *k*

3. Datur Fratribus & ſororibus Germanis & Conſanguineis, ſi ipſis præteritis turpis perſona, vel levi tantum macula laborans, inſtituta ſit. *l*

Fratribus Uterinis, vel aliis remotioribus querela non datur. *m*

Effectus querelæ inſtitutæ jure antiquo erat, ut totum teſtamentum everteretur *n*: jure novo autem ſola vitiatur heredis inſtitutio, reliquis firmis manentibus. *o*

Quid ſi autem quis temere querelam inſtituat, perdit omne id, quod in teſtamento ipſi eſt relictum. *p*

Exceptio eſt in tutore, qui pupilli nomine querelam inſtituit. *q*

Ceſſat querela. 1. Si Exheredatio juſta ſit,

c *l.* 8. §. 3. *ff. eod.*
d §. 1. *h. tit.*
e *l.* 7. *ff. h. tit.*
f *l.* 10. *& ſeq. C. de Nat. lib.*
g §. 2. *h. tit.*
h *d.* §. 2.
i *l.* 29. §. 1. *ff. h. tit.*
k *l.* 14. *&* 15. *ff. h. tit.*
l *d.* §. *l.* 14. *l.* 27. *Cod. h. tit.*
m §. *d. l.* 27. 2. *h. tit. l.* 1. *ff. eod.*
n *l.* 1. §. *pen. l.* 28. *ff. h. tit.*
o *auth. ex cauſa Cod. de lib. præt.*
p *l.* 8. §. 14. *ff. h. tit.*
q §. 5. *h. tit.*

ſit, & ex juſta cauſa facta.

Cauſæ, ex quibus liberi poſſunt exheredari a parentibus, ſupra enumeratæ ſunt. Cauſas Octo, ob quas parentes exheredari poſſunt a liberis, ſtatuit Imperator *r* expreſſas his verſiculis.

r *Nov.* 115 *cap.* 3.

1. Si pater accuſet capitalis criminis, 2. aut ſe
Adjungat mimis, 3. vitæque eſt inſidiatus.
4. Teſtari prohibet gnatum, 5. dirumque venenum
Præparet, 6. incluſum ſi carcere, 7. vel furioſum
Negligat, 8. & veram contemnat relligionem.

Cauſæ, ob quas Fratres & Sorores recte exheredantur, conſtitutæ ſunt tres.

1. Si ſtruat inſidias vitæ, 2. ſi criminis atrox
Judicium dictet, 3. rebus dammum inferat ingens.

2. Ceſſat, ſi exheredatus alio modo ad bona defuncti venire poteſt. *s*

3. Si in aliquo probaverit teſtamentum, ut ſi agnoverit legatum *t*, niſi etiam id fecerit ex neceſſitate officii, ut tutor. *v*

s §. 2. *h. tit.*

t *l.* 10. §. 1. *l.* 12. *pr. ff. h. tit.*

v §. 4. *h. tit. l.* 22. §. 5. & 6. *ff. de his. quæ ut. indig.*

4. Ceſſat poſt lapſum quinquennii ab adita hereditate. *x*

x *l.* 8. §. *fin. ff. h. tit. l. pen.* §. 2. *Cod. eod.*

5. Si legitima, vel pars ejus ſit relicta titulo inſtitutionis. *y*

y *Nov.* 115. *cap.* 3. *pr. cap.* 4. & 5.

Si pars ſit relicta, agitur ad ſupplementum, per Condictionem ex lege, quæ etiam vocatur *actio ſuppletoria*. *z* Quam inſtituere poteſt, licet in aliquo approbaverit voluntatem defuncti. *a*

z §. 4. *h. tit. l.* 30. *C. eod.*

a *l.* 35. §. 2. *C. h. tit.*

Legitima eſt portio portionis ab inteſtato debitæ: olim erat quarta, *b* Jure novo triens, ſi liberi ſunt quatuor vel pauciores ſin vero ſint plures, legitima eſt ſemis *c*

b §. *ult. h. tit. l.* 8. §. 8. & 9. *ff. eod.*

c *Nov.* 18. *cap.* 1. *Auth. Noviſſima Cod. h. tit.*

In Computatione Legitimæ ſpectatur tempus mortis *d*, ac omne æs alienum primo deducendum. *e*

d *l.* 6. *Cod. h. tit.*

e *l.* 8. §. 9. *ff. h. tit.*

Cæterorum onerum Legitima expers eſt. *f*

f *l.* 32. *C. h. tit.*

TITULUS XIX.

De Heredum Qualitate & Differentia.

HEredes ſunt vel *Neceſſarii*, ut Servi inſtituti à Dominis, qui non ſunt ſolvendo, ita dicti, quia ſive velint, ſive nolint, adire debent hereditatem. *a*

a §. 1. *h. tit. l.* 88. *ff. de hered. inſtit.*

Vel *voluntarii*, ut ſui & extranei. *b*

b *pr. h. tit.*

Suus heres eſt, qui eſt in poteſtate teſ-

teſtatoris & proximum in familia gradum obtinet. *c* c §. 2. *h. tit.*

Antea etiam erat neceſſarius, ſed Prætor abſtinendi facultatem *ſuo* dedit. *d* d *d.* §. 2. *in fin. l.* 57. *de Acq. her.*

Extraneus eſt, qui proximum gradum in familia teſtatoris non obtinet. *e* e §. 3. *h. tit.*

Heredes debent habere teſtamenti factionem paſſivam, idque tribus temporibus, conditi teſtamenti, mortis teſtatoris, & aditionis hereditatis. *f* f §. 4. *h. tit. l.* 49. §. 1. *ff. de Hered. inſtit.*

Hereditas acquiritur, vel *expreſſe* voluntatem declarando, quod proprie eſt *adire hereditatem*, vel *tacite* re aliqua, vel facto, ut ſi quis rebus hereditariis utatur, tanquam dominus, quod proprie eſt *pro herede ſe gerere. g* g §. *ult h. tit. l.* 20. *pr. &* §§. *ſeqq. ff. de Acq. hered.*

Sui autem heredes dicuntur proprie *ſe immiſcere hereditati. h* h §. 5. *h. tit. l.* 14. *ff. de ſuis & legit. hered.*

Quando heres ſemel adiit hereditatem, iterum eam repudiare non poteſt, niſi minor contra aditionem reſtituatur. * * §. 5. *h. tit. l.* 7. §. 9. *ff. de minor.*

Heredibus igitur metuentibus, ne damnoſa futura ſit hereditas propter molem æris alieni, duplex datur beneficium, Jus Deliberandi, & beneficium Inventarii. *i* i *d.* §. 5.

Jus deliberandi eſt beneficium heredi conceſſum, ſecundum quod urgen-

tibus Legatariis, aliiſque quorum intereſt, poteſt petere tempus novem menſium à Magiſtratu, anni à Principe, intra quod videre poteſt, & deliberare, utrum velit hereditatem adire, an repudiare. *k*

k *d. §. 5. l. ult. §. 3. Cod. de jure del.*

Inventarium eſt repertorium, ſive catalogus omnium eorum, quæ ſunt in hereditate.

Inventarium inchoandum eſt intra 30 dies, ex quo heres ſcivit ſe heredem eſſe, & porro intra 60 dies perficiendum, adhibitis Tabellionibus, & præſentibus Creditoribus, Legatariis; aliiſque quorum intereſt, aut eorum locò tribus teſtibus idoneis, & indubitatæ fidei. *l*

l *l. ult. §. 2. & ſeqq. C. de jure de lib. Auth. ſed cum teſtator. Cod. ad L. falc.*

Curare autem debet Heres, ut omnes Res Hereditariæ, quæ mortis tempore fuerunt, in Inventario ſcribantur. *m*

m *d. §. 2.*

Confecto inventario ipſe Heres ſubſcribere debet, ſi ſcribere non poſſit, tabellarius ſubſcribere debet ejus loco. *n*

n *d. l. ult. §. . & 3.*

Confecti inventarii effectus præcipui ſunt, quod Heres non tenetur ultra vires hereditatis *o*, quod Falcidiam ſalvam habet. *p*

o *§. 5. h. tit. d. l. ult. §. 4.*

p *ibid.*

Neque actiones, quas contra defunctum

ctum habuit, per aditionem confunduntur. *q*

TITULUS XX.
De Legatis.
D. 30. 31. 32. *C.* 6. *T.* 37.

LEgatum *eſt donatio quædam, à defuncto relicto, ab herede præſtanda.* a

Olim quadruplex erat legatorum differentia, legatum Vindicationis, Damnationis, Sinendi modo, & per Præceptionem.

Sed jure novo hæc differentiæ ſunt ſublatę *b*, quemadmodum & eæ, quæ olim erant inter Legata & Fideicommiſſa particularia. *c*

Legata relinquere illi ſoli poſſunt, qui jus teſtandi habent. *d*

Legari illis poteſt, cum quibus eſt teſtamenti factio *e* jure novo etiam incertis perſonis *f* et poſthumo alieno *g*, Civitatibus & Collegiis licitis *h*, ſervo heredis ſub conditione *i*, domino ſervi heredis inſtituti etiam ſine Conditione. *k*

Non vitiatur legatum ideo quod in nomine legatarii erratum ſit *l*, vel quod ſub falſa demonſtratione *m* vel cauſa ſit relictum, *n*

q *d. l. ult. §.* 9.

a §. 1. *h. tit.*

b §. 2, *h. tit. l.* 1. *C. Com. de leg.*

c §. 3. *h. tit. l.* 2. *C Com. de leg.*

d *l.* 2. *ff. de Legatæ* 1.

e §. 24. *h tit.*

f §. 25. *h. tit.*

g § 26. *&* 27. *h. tit.*

h *l.* 12. *C. de hered. inſtit.*

i §. 32. *h. t t.*

k §. 33. *h. tit.*

l §. 29. *h. tit.*

m §. 30 *h. tit. l.* 17. *pr. &* §. *ff. de Cond. & demonſt.*

n *l.* 72. §. 6. *ff. eod.* §. 31. *h. tit.*

Legari poſſunt omnes res, quæ ſunt in Commercio *o*, Corporales, Mobiles ſive Immobiles, præſentes & futuræ *p* Incorporales, ut ſervitutes perſonales & Reales *q*, Debitum, modo plus ſit in legato quam in debito *r*, Creditum ſeu Liberatio ab obligatione *s*, Nomen *t* Factum *v*, Genus, *x* Optio. *y*

Nec tantum ſuam rem Teſtator legare poteſt, ſed etiam rem Heredis, quin imo & Alienam, modo Teſtator alienam eſſe ſciverit *z*: quo caſu Heres eam rem emere debet, aut Legatario præſtare æſtimationem, ſi Dominus eam vendere nolit. *a*

Non poteſt legatario ſua res legari *b*, niſi ſub conditione illa, ſi eam alienaverit. *c*

Quod ſi legatarius eam rem poſt factum teſtamentum acquiſivit; diſtinguendum eſt, utrum ex cauſa Oneroſa veluti emtione acquiſiverit, an ex Lucrativa, veluti donatione. Priore caſu rem legatam ad huc petere poteſt, Poſteriori non poteſt, proper Regulam quod *duæ cauſæ lurativæ in eandem rem, & perſonam concurrere non poſſunt*. *d*

Neque una res uni tantum; ſed & duobus vel tribus legari poteſt, idque vel disjunctim, aſſignatis cuique parti-

o §. 4. *h. tit.*
p § 7. *h. tit*
q §. *fin. J. de ſervit. t. tit. ff. de Uſufr. leg. de ſervit. leg.*
r §. 14. *h. tit.*
s §. 13. *J. h. tit ff. de lib. leg.*
t §. 21. *h. tit.*
v *d.* §. 21.
x §. 22. *h. tit.*
y §. 23. *t. tit. ff. de opt. leg.*
z §. 4. *Juſt. h. tit.*
a *d.* §. 4. *l.* 14. §. 2. *ff. de leg.* 3.
b §. 10. *J. h. tit.*
c *l.* 1. §. *ult. ff. de Reg. Caton.*
d §. 6. *h. tit. l.* 66. §. 1. *ff. de legat.* 1.

tibus, vel conjunctim. *a* a §. 8. *h. tit.*

Fit autem conjunctio tribus modis, Re tantum, Verbis tantum, Re & Verbis ſimul. *b* b *l.* 142. *ff. de V. S.*

Re tantum conjuncti dicuntur, qui ad eandem rem vocantur diverſis orationibus, ut *Sejo fundum do lego, Cajo eundem do lego.*

Verbis tantum conjuncti ſunt, qui eadem oratione, ad eandem rem, æquis partibus vocantur, ut; *Sejo & Cajo fundum æquis partibus do lego.*

Re & verbis ſimul conjuncti ſunt, qui ad eandem rem, eadem oratione, non disjunctis partibus vocantur; ut *Sejo & Cajo fundum do lego.*

Inter hos omnes ita conjunctos locum habet jus Accreſcendi. *c* c *d.* §. 8. *h. t. l.* 16. §. *ult. ff. de leg.* 1.

Jus Accreſcendi eſt jus, quo portio deficientis ſocii non deficienti ſocio accedit.

Legatum relinquitur, Teſtamento, & ab Inteſtato in Codiciilis *d*, idque vel pure, vel ſub conditione, & in diem. d *l.* 1. *C. de jure C. l.* 22. *C. de fideicom.*

Si purè legatum ſit, dies legati Cedit (id eſt legatum debetur) à morte teſtatoris: Venit autem (id eſt peti poteſt) ab adita hereditate *a*, niſi legatum tale ſit, quod ad heredes tranſmitti nequit. *b*, a *l. unic.* §. 1. *C. de Cad. toll.* b *l.* 2. 3. & 8. *ff. quando dies legat. ced.*

Si legatum relictum ſit ſub conditione; dies legati Cedit & Venit exiſtente conditione. *c*

Idem obtinet ſi legatum relictum fit in diem incertum. *d*

Si in diem certum relictum ſit, dies legati Cedit à morte teſtatoris, Venit autem exiſtente die. *e*

Antiquo jure legatum ante heredis inſtitutionem *f*, vel poſt mortem heredis *g*, vel pœnæ nomine relictum non valebat *h*, ſed jure Novo hæc legata valent, niſi legatum pœnæ nomine relictum contineat quid impoſſibile. *i*

Dominium rei legatæ ipſo jure tranſit in legatarium *k*, unde & rei ſingularis lucrum *l*, damnum quoque ſine facto heredis contingens *m*, pertinet ad legatarium, & omne acceſſorium ei cedit *n*: attamen quia poſſeſſio ab herede præſtanda eſt, Legatarius ipſe poſſeſſionem propria autoritate apprehendere nequit, ſed legitimis experiri debet actionibus. *o*

Tres autem habet actiones *p*, Actionem perſonalem ex teſtamento, quæ eſt ex quaſi contractu, ſc. aditione hereditatis. *q*

Rei vindicationem, ſi ſpecies legata ſit, quoniam Dominus tunc eſt. *r*

Actionem hypothecariam, quoniam omnia

c *l.* 5. §. 2. *ff.*
d *l.* 21. *pr. l.* 22. *pr. ff. eod.*
e *d. l.* 5. *pr. l.* 21. *pr. ff. eod.*
f §. 34. *h. t.*
g §. 35. *h. t.*
h §. 36. *h. t.*
i *d.* §. 36.
k *l.* 80. *ff. de legat.* 2.
l §. 16. *& ſeqq. h. t.*
m §. 16. *h. t.*
n §. 19. *I. h. t.*
o *l.* 176. *ff. de R. Jur.*
p §. 2. *h. tit. l.* 1. *C. om. de legat.*
q §. 5. *Inſt. de obl. quæ ex quaſi contr.*
r *arg. l.* 23. *p. ff. de Rei vind.*

omnia bona defuncti pro legato tacite ſunt obligata. *ſ* ſ *l. 1. C. com. de leg.*

Priori actione, (quia perſonalis eſt) tantum contra heredem: reliquis duabus (quia Reales ſunt) contra quoſvis poſſeſſores experiri poteſt. *t* t §. 1. *Inſt. de act.*

Titulus XXI.

De Ademtione Legatorum.

D. 34. T. 4.

A*Dimuntur* Legata *expreſſe*, vel *tacite.*

Expreſſè ſi teſtator teſtamento, aut codicillis, aut contrariis verbis quibuſcunque contrariam voluntatem declaravit, idque vel *pure*, ut *non do, non lego* a, vel *ſub conditione*, ut ſi in militiam eat, non lego. *b* a *pr. h. t. & l. 2. ff. eod.* b *l. 7. ff. eod.*

Tacite, quando ex facto aliquo, veluti alienatione voluntaria *c*, item inimicitiis capitalibus ortis, voluntas teſtatoris mutata cenſetur. *d* c §. 12. *inſt. de legat.* d *l. 3. §. fin. & l. 4. ff. h. t.*

Tacite etiam cenſetur adimi per tranſlationem legati de perſona in perſonam, e §. 1. *h. t.*

TITULUS XXII.

De lege Falcidia.

D. 35. *T.* 2. *C.* 6. *T.* 50.

LEgi Falcidiæ (quæ proprie eſt Plebiſcitum) occaſionem dedit nimia legandi licentia per ll. 12. tabb. conceſſa *a*, qua cum abuterentur teſtatores, facile eveniebat, ut hæres adire recuſaret hæreditatem; atque ita teſtamentum deſtitueretur: cui incommodo cum medelam ſatis tutam non tuliſſent lex Furia & Voconia, tandem hæc lex lata eſt. *b*

a *l.* 120. *ff. de V. S.*

b *pr. h. t.*

Lege Falcidia cautum, ne quis ultra dodrantem legare poſſit, ſed quartam heredi ſalvam relinquere debeat; aut ſi plus, vel omnia bona legaverit, ut heres quartam detrahere poſſit, quæ inde vocatur *Quarta Falcida.* c

c *pr. h. t. l.* 1. *pr. ff. ad leg. falc.*

Lata eſt lex Falcidia tum in favorem Teſtatoris *d*, tum etiam in favorem heredis *e*, illius, ut ſuprema ejus voluntas exitum habeat, hujus, ut præmium aliquod ferat aditionis.

d *pr. h. t.*

e *l.* 71. *ff. h. t.*

Si plures ſint heredes, in ſingulis ratio Falcidiæ eſt ponenda, id eſt, ſinguli quartam ſuæ portionis ſalvam habere debent. *f*

f §. 2. *h. t. l.* 77. *ff. eod.*

Inſpi-

Inſpicitur quantitas patrimonii tempore mortis; ut augmentum & decrementum poſtea hereditati contingens ad heredem pertineat *g*, ac primo deducuntur onera, æs alienum, impenſa funeris, pretia ſervorum manumiſſorum. *h*

Heres quartam ſalvam habere poteſt I. Retentione *i* II. Condictione indebiti *k*, III. Interdicto quod Legatorum *l*, IV. Vindicatione. *m*

Non conceditur hæc detractio legatariis vel fideicommiſſariis gravatis *n* niſi pro rato detractionis, quam ipſi paſſi ſunt. *o*

Ceſſat lex Falcidia, vel reſpectu Teſtatoris, vel reſpectu Heredis, vel reſpectu Rei legatæ.

Reſpectu teſtatoris 1. ſi is vivus heredi quartam præſtiterit. *p*

2. Si teſtator expreſſe prohibuerit detractionem. *q* Quod jure Pandectarum fieri non poterat. *r*

3. Si teſtator ſit Miles. *ſ*

Reſpectu heredis 1. ſi neglexerit conficere Inventarium. *t*

2. Si quaſdam res occultaverit. *v*

3. Si errore juris, non facti, integra legata ſolverit. *x*

4. Si quibuſdam legatariis integra legata ſolverit. *y*

5. Si Falcidiæ renunciaverit. *z*

g §. 3. *h. t. l.* 73. *ff. eod.*

h §. 3. *h. t. l.* 6. *Cod. eod.*

i *l.* 15. §. 1. *l.* 16. *ff. h. t.*

k *l.* 9. *C. h. t.*

l *l.* 1. *pr. l.* 2. §. 2. §. *quod legat.*

m *l.* 26. *pr. ff. h. t. l.* 10. *&* *l. pen. C. eod.*

n *l.* 47. §. 1. *ff. h. tit.*

o *l.* 32. §. *pen. ff. eod.*

p *l.* 56. §. *ult. h. tit.*

q *Nov.* 1 *cap.* 2. §. 2. *l.* 1. *& Auth. ſed cum teſt. Cod. h. t.*

r *l.* 15. §. 8. *l.* 86. *ff. h. t.*

s *l.* 17 §. *ult. ff. de teſt. mil.*

t *l.* 12. §. *ult. C. de Jur. de lib. & d. Nov.*

v *l.* 24. *ff. h. t.*

x *l.* 9. *& ult. C. h. t.*

y *Nov.* 1. *c.* 3.

z *l.* 46. *ff. h. t.*

Re-

Reſpectu ipſius rei legatæ 1. ſi teſtator rem legaverit, ne extra familiam alienetur. *a*

a *Nov.* 119. *cap. ult.*

2. In legato libertatis. *b*

b *l.* 33. *ff. h. t.*

In legato ad pias cauſas non ceſſa Falcidia *c*; niſi heres moram fecerit. *d*

c *l.* 1. §. 5. *ff. eod. l.* 40. *C. de Epiſc. & Cleric.*

d *Nov.* 131. *c.* 12.

TITULUS XXIII.

De Fideicommiſſariis Hereditatibus, & ad SCtum Trebellianum.

D. 36. *T.* 1. *C.* 6. *T.* 49.

HEreditas vel directis & Imperativis verbis relinquitur, vel Precariis quæ *fideicommiſſaria* appellatur. *a*

a *Rubr. h. t.*

Fideicommmiſſum *eſt ultima diſpoſitio, qua hereditas tota, vel pro parte; vel res ſingularis verbis precariis Teſtamento vel Codicillis vel ab Inteſtato, relinquitur.*

Qui reſtituit, dicitur heres fiduciarius, cui reſtituitur fideicommiſſarius. *b*

b §. 2. *h. t. l.* 46. *ff. h. t.*

Fideicommiſſa relinqui poſſunt, vel in Teſtamento, vel ab Inteſtato *c*, in Codicillis: in teſtamento ſi relinquantur, imprimis neceſſe eſt, ut recto jure heres inſtituatur, *d*

c §. 10. *inſt. h. tit. l.* 6. §. 1. *ff. h. t.*

d §. 2. *I. h. t.*

Nec

Nec tantum heres ipſe gravari poteſt ideicommiſſo, ſed & omnis alius, qui teſtatore honoratus eſt, vel dum ipſi uid datur, vel dum non adimitur. *e*

Sed & ipſe fideicommiſſarius fidei-ommiſſo onerari poteſt, ut & ulterio-es heredes in infinitum *f*.

Nemo autem onerari poteſt in plus, quam à defuncto accepit. *g*

Fideicommiſſum eſt, *vel univerſale* vel *articulare*.

Univerſale eſt quando tota hereditas vel ejus pars reſtituitur. *h*

Circa fideicommiſſa duo condita fue-e SConſulta, Pegaſianum & Trebelli-anum. Sed Juſtinianus exploſo SCto Pe-gaſiano omnem autoritatem tribuit SCto Trebelliano. *i*

Novi hujus SCti tria ſunt Capita.

1. Ut heres Fiduciarius quartam de-ducere poſſit, ſi eam ſalvam non habe-at, vel repetere ſi ſolidum ſolverit, quæ quarta vocatur *Trebellianica*. *k*

Differt quarta Trebellianica à quarta Falcidia, quod in hanc tantum imputan-tur, quæ Hæres jure Hæreditario ha-bet, in illam vero omnia, quæ quovis jure etiam Legati, aut Fideicommiſſi aut ſimili percipiuntur. *l*

2. Ut actiones & onera pro rata in-ter

e *l.* 1. §. 6. *ff. de leg.* 3.

f §. 11. *I. h. t. l.* 1. §. 8. *ff. eod.*

g §. 1. *inſt. de ſingul. reb. per fideic. rel. l.* 1. §. 17. *l.* 17. §. 2. *ff. h. t.*

h §. 2. & 10. *h. t.*

i §. 7. *I. h. t.*

k *d.* §. 7. *h. t.*

l *l.* 91. *ff. ad leg. falcid.*

ter fideicommiſſarium & fiduciarium di-
vidantur. *m*

m d. §. 7. & l. 1. Cod. h. t.

Onera accipienda ſunt Creditorum non Legatorum, quæ heres Fiduciariu[s] non agnoſcit, niſi pro rato ejus, quo[d] ultra quartam habet. *n*

n l. 19. pen. & ult. ff. ad S.C. Trebell. l. fin. C. eod.

3. Ut ſi heres fiduciarius nolit adir[e] hereditatem, cogatur illud facere, nullo tunc damno, vel commodo apud ipſum remanente. *o*

o d. §. 7. l. 4. 5, 6. ff. h. tit.

Ceſſat detractio quartæ his caſibu[s] 1. in caſu dicto, ſi heres coactus adeat. 2. ſi Teſtator prohibuerit *p*: quod tame[n] inter liberos obtinere non poteſt, qui[a] his Trebellianica eſt loco legitimæ. *q* 3. in teſtamento militis. *r* 4. ſi heres neglexerit conficere inventarium. *ſ*

p Nov. 1. cap. 2. §. 2.
q l. 6. Cod. h. t.
r l. 7. C. ad l. falcid.
s l. ult. §. 12. C. de jure del.

TITULUS XXIV.

De Singulis rebus per Fideicommiſſum relictis.

F*Ideicommiſſum ſingulare* eſt, quand[o] res aliqua ſingularis verbis precarii relinquitur. *a*

a pr. h. tit.

Hoc Fideicommiſſum, excepto modo relinquendi, legatis exæquatum eſt. *b*

b §. 1. inſt. de legat. l. 2. Cod. de leg.

Ti

TITULUS XXV.

De Codicillis.

D. 29. *T.* 7. *C.* 6. *T.* 36.

CO*dicilli* ſunt vel teſtati, vel inteſtati voluntas minus ſolennis. *a*

Codicilli ante teſtamentum facti valent, modo voluntas teſtatoris contraria non ſit. *b*

Differunt præcipue in his à teſtamentis.

1. Quod in Codicillis hereditas, nec per inſtitutionem nec per ſubſtitutionem dari aut adimi poſſit, ſed quidem per fideicommiſſum. *c*

2. Quod quis poteſt decedere pluribus codicillis. *d*

3. Quod Codicilli ab inteſtato relinqui poſſunt. *e*

4. In Codicillis ſufficiunt quinque teſtes. *f*

5. In codicillis admittuntur teſtes fortuiti, non ſpecialiter Rogati. *g*

6. Quod is qui de facto non poteſt facere Teſtamentum, tamen poſſit Codicillos facere *h*, ſecus eſt ſi de jure teſtari non poſſit. *i*

Codicillis affinis eſt Clauſula Codicillaris, quæ teſtamentis ſolet adjici hac, aut ſimuli formula;

a §. 1. *h. t.*

b §. 2. *h. t.*

c §. 3. *h. t. l.* 6. 6. *l.* 10. *ff. eod.*

d *d.* §. 3.

e *d.* §. 1.

f *l. ult.* §. *ult* 6. *de jure Codicill.*

g *d. l. ult.*

h *pr. I. h. t.*

i *l.* 6. §. 3. *l.* 8. § 2. *ff. h. t.*

Si

Si hoc meum teſtamentum non valet jure teſtamenti, valeat jure Codicillorum, mortis causâ donationis, aut quocunque meliore jure valere poteſt. k

k *l.* 29. §. 1. *ff. qui teſt. fac. poſ.*

Effectus ejus clauſulæ eſt, ut ultima voluntas ratione ſolemnitatum imperfecta, virtute ejus ſuſtineatur. *l*

l *arg. l.* 14. *& l.* 29. *C. de fideicom.*

Finis Libri ſecundi.

INSTITUTIONUM LIBER TERTIUS.

TITULUS I.

De Hereditatibus quæ ab inteſtato deferuntur.

SUcceſſionem Teſtamentariam excipit Legitima ſucceſſio, quæ alia fuit ex jure antiquo juxta tredecim priores titulos hujus libri; alia per Juſtinianum jure Noviſſimo conſtituta eſt. Antiquam ſummatim tantum juxta ſeriem titulorum attingemus, deinde Noviſſimam ſubjiciemus.

Inteſtatus decedere dicitur, qui teſtamentum non fecit *a*, ſive facere potuit, ſive non *b*, item qui teſtamentum non jure fecit, item cujus teſtamentum fit irritum vel ruptum. *c*

Denique inteſtatus dicitur, decedere is, cujus teſtamentum deſtituitur nemine herede exiſtente. *d*

His omnibus caſibus locus eſt ſucceſſioni ab inteſtato, quæ & *Legitima* vocatur, quia immediate â lege defertur abſque expreſſa voluntate teſtatoris.

Eſt igitur *Succeſſio ab inteſtato* ſucceſ-

a *pr. inſt. de ſucceſ. ab inſt. l. 1. pr. ff. de ſuis & leg her.*
b *l.* 14. §. 1. *ff. ad leg. fal.*
c *dd. ll.*
d *ibid. & l. 64. ff. de verb. Sign. l.* 181. *ff. de R. J.*

ſio legitima, quæ deficiente teſtamentaria defertur illis, quibus natura & leges proximum jus ſuccedendi dederunt.

In titulo hoc agitur de ſucceſſione De-
e §. 1. h. tit. ſcendentium, inter quos primus locus dabatur Suis heredibus. *e*

Adeo ut etſi remotiores eſſent, proxi-
f §. 2. h. tit. mioribus tamen emancipatis præfereren-
g §. 9. h. tit. tur *f*: poſtea tamen Prætor ex edicto *Un-*
h §. 10. & 11. h. tit. *de liberi* emancipatos cum ſuis vocavit *g*; niſi eſſent adoptati ab extraneo *h*; quod
i l. 10. Cod. de Adopt. tamen iterum correctum per Imperatorem. *i*

TITULUS II.

De legitima Agnatorum ſucceſſione.

a pr. h. tit. Poſt ſuos heredes ex l. 12. tabul. vo-
b §. 2. h. tit. cantur proximi Agnati *a*, ſive naturales ſive adoptivi *b*, maſculi quidem in
c §. 3. h. tit. infinitum: fœminæ non ultra ſecundum gradum *c*: quod ſi proximus agnatus Succeſſionem repudiabat, locus erat Suc-
d §. 5. h. tit. ceſſiorio edicto, per quod ſequens admittebatur. *d*

TITULUS III.

De SCto Tertulliano.
D. 38. *T.* 17. *C.* 6. 56.

MAtres ſecundum leges 12. tabb. liberis ſuccedere non poterant *a*, a *pr. h. t.*
donec ipſis primo per Imperatorem Claudium *b*, deinde per SCtum Tertullianum melius proſpectum eſt. *c* b §. 1. *h. t.* c §. 2. *h. t.*

Hoc SCto Tertulliano, quod factum eſt temporibus Hadriani, cautum, ut Mater ingenua, non etiam avia, ſi jus haberet trium liberorum, vel ſi libertina eſſet, quatuor liberorum, ad ſucceſſionem liberorum admitti poſſit. *d* d §. 2.

TITULUS IV.

De SCto Orphitiano.
D. 38. *T.* 17. *C.* 6. *T.* 57.

SIcuti Tertulliano SCto proſpectum Matri, ita per SCtum Orphitianum (factum temporibus Imp. Marci *a*) conſultum eſt Liberis, ut matri ſuccedere poſſent *b*, etiamſi liberi eſſent vulgo quæſiti. *c* a *pr. h. t. l. pen. ff. h. t.* b *dd. ll.* c §. 3. *h. t.*

Nam ex ipſa l. 12. tab. non poterant ſuccedere, neque ut ſui, neque ut ag-

nati, quia tales ratione matris non erant: neque ut Cognati, quia ex illa lege cognati non admittebantur.

TITULUS V.

De ſucceſſione Cognatorum.
D. 38. *T.*8. *C.*6. *I.*15.

LEge 12. tab. Cognati, per fæmininum ſexum juncti, nullo modo ad ſucceſſionem vocabantur; ſed Prætor ex naturali ratione juris Civilis rigorem temperans, eos admiſit *a*, deficientibus nempe ſuis & legitimis heredibus *b*. Sub cognatis hoc jure etiam veniunt Agnati, capite deminuti *c*, item liberi adoptivi *d*, & vulgo quæſiti ratione matris & aſcendentium maternę lineæ. *e*

a *l.* 1. *ff. unde Cognati.*

b *pr. h. t.*

c *pr. h. tit.*

d §. 3. *h. tit.*

e §. 4. *h. t.*

TITULUS VI.

De gradibus cognationem D. 38. *T.* 10.

DE gradibus & eorum computatione præoccupavimus dicere ſupra ad titulum de Nuptiis.

TI-

TITULUS. VII.

De ſervili cognatione.

OLim nulla erat ſervilis cognatio, neque inter ſervos ratione proximitatis ſucceſſio locum habeat; etiamſi manumiſſi eſſent; ſed Juſtinianus liberos vel fratres liberti defuncti patrono prætulit. *a* a *tot. h. t.*

TITULUS VIII.

De Succeſſione Libertorum.

SUcceſſio Libertorum hic dicitur, quę fit libertis defunctis, ac de ea quadruplex hoc titulo refertur jus; 1. antiquum quod ex *l.* 12. tab. obtinebat *a*, a *pr. h. tit.* 2. jus edicto prætoris conſtitutum *b*, b *§. 1. h. tit.* 3. jus per legem Papiam additum *c*, 4. c *§. 2. h. t.* jus novum ab Imperatore definitum. *d* d *§. 3. h. t.*

TITULUS IX.

De Aſſignatione Libertorum. *D. 38. T. 4.*

JUs patronatus quo ad ſucceſſionem extendit ſe quoque ad Liberos patro-

troni æqualiter, uti docetur in titulo prçcedenti: verum hoc fallit, quando Patronus uni ex liberis libertum aſſignaverit *a*: tunc enim iſte ſolus, excluſis reliquis, Liberto ſuccedit. *b*

a pr. h. t. & l. 1. pr. ff. eod.
b dd. ll.

Aſſignare libertum, eſt ſive in teſtamento, ſive inter vivos quocunque modo teſtari, cujus ex Liberis eum libertum eſſe velit. *c*

c §. fin. h. tit. l. 1. §. 3 l. 7. ff. eod. l. 107. de V. S.

TITULUS. X.

De bonorum Poſſeſſionibus.
D. 37. T. 1.

Bonorum poſſeſſio *eſt jus perſequendi retinendique patrimonii, ſive rei, quæ cujuſque cum moritur fuit.* a

a l. 3. §. 2. ff. h. tit.

Bonorum poſſeſſio vulgo duplex ſtatuitur, *Edictalis*, quæ aliter ordinaria dicitur, & *Decretalis*, aliter extraordinaria dicta. *b*

b l. 1. §. 4. ff. ſi. tab. null. ext. l. 1. §. 7. ff. de ſucceſſ. edict.

Decretalis eſt, quæ extra ordinem a Prætore cauſa cognita decernitur, ut quando prætor ventrem in poſſeſſionem mittit. *c*

c l. 1. & t. tit. de ventre in poſ. mit.

Edictalis ſeu ordinaria eſt, quæ eſt edicto Prætoris datur ſimpliciter abſque (accuratiori ſaltem) cauſæ cognitione.

Hæc

Hæc duplex eſt, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato.

Ex teſtamento iterum, vel *ſecundum tabulas*, vel *contra tabulas* datur.

Bonorum poſſeſſio contra tabulas dicitur, quia tabulas teſtamenti, hoc eſt ipſum teſtamentum impugnat.

Hæc datur 1. liberis emancipatis præteritis *d*, 2. ſuis præteritis *e*, 3. poſthumis præteritis. *f*

Bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas competit ex teſtamento, quod jure Civili valet, modo Tabulæ teſtamenti extent vel ſaltem tempore mortis extiterint. *g*

Hæc competit 1. poſthumo alieno inſtituto *h*, 2. omnibus jure ſcriptis heredibus. *i*

Bonorum poſſeſſio ab inteſtato competit, quando nullæ tabulæ teſtamenti extant, aut extant quidem, ſed validæ non ſunt. *k*

Hujus ſucceſſionis antea plures erant ordines *l*, ſed Juſtinianus tantum quatuor retinuit 1. unde liberi, 2. unde legitimi, 3. unde cognati, 4. unde vir & uxor. *m*

d §. 3. *inſt. de exhered. lib.*

e §. 12. *inſt. de hered. qua ab inteſt. l. 14. ff. de lib. & poſt.*

f *l.* 1. §. 2-3. *ult. ff. h. tit.*

g *l.* 5. §. 2. *ff. de bon. poſſ. contra tab.*

h *pr. h. tit.*

i §. 1. *eod.*

k *l.* 1. §. 2. & 8. *l.* 3. *ff. ſi tabula teſt. null. ext.*

l §. 2. & 3. *h. tit.*

m §. . *h. tit.*

TITULUS XI.

De acquiſitione per arrogationem.

PRæter modos univerſales acquirendi hereditatem & bonorum poſſeſſionem, datur hic tertius modus *Acquiſitio per Arrogationem* a, quando enim paterfam. arrogatur, cum omnibus ſuis bonis tranſit in familiam & poteſtatem patris arrogatoris, qui etiam arrogato filio ſuccedit, nullis liberis aut fratribus ſuperſtitibus. *b*

a *§. fin. inſt. per quas perſ. cuique acquir.*

b *pr. & tot h. tit.*

TITULUS XII.

De eo cui libertatis cauſa bona addicuntur.

QUarta ſpecies acquiſitionis univerſalis erat Addictio bonorum libertatum conſervandarum cauſâ; quando nempe teſtator non ſolvendo exiſtens, plures ſervos manumiſiſſet, ne perirent libertates datæ, ex reſcripto Divi Marci inductum fuit, ut liceat ipſis ſervis quibus libertas relicta eſt, a Judice bona Defuncti petere, & poſſidere, præſtita cautione creditoribus de ſolido cuique ſolvendo. *a*

a *pr. §. 1. & tot. h. tit.*

TITULUS XIII.

De ſucceſſionibus ſublatis, quæ fiebant per bonorum poſſeſſiones, & ex SCto Claudiano.

HOc titulo referuntur adhuc duo alii modi acquirendi per Univerſitatem. Quinta igitur acquiſitio erat per Venditionem, quando bona debitoris, qui ſolvendo non erat, poſt impetratam poſſeſſionem ſolenniter vendebantur, & emtori addicebantur, ut is tanquam ſucceſſor univerſalis Creditoribus, aut in totum, aut pro parte ſatisfaceret. *a* a *pr. h. tit.*

Sexta acquiſitio per univerſitatem erat ex SCto Claudiano, quo cautum fuit ut mulier libera, quæ cum alieno ſervo conſueviſſet, poſtquam ter a Domino ſervi denunciatum eſſet ei, ut abſtineret, ejuſdem domini ſerva fiebat, & ſimul omnia bona ejus iſti domino acquirebantur. *b* b *§. 1. h. tit.*

De Succeſſionibus ab Inteſtato ſecundum jus Novellarum, præcipue Nov. 118. cap. 1, 2, 3.

HActenus de ſucceſſione antiqua dictum, ſuccedit Nova. Quis dica-

tur inteſtatus, & quibus caſibus huic ſucceſſioni locus eſt, dictum tit. 1.

In nova ſucceſſione præcipue duo obſervanda, Modus, & Ordines ſuccedendi.

Quod ad Modum ſuccedendi, ille eſt duplex; vel in Capita, vel in Stirpes.

Succeſſio in capita eſt, quando hereditas ſecundum perſonarum ſuccedentium numerum dividitur.

Succeſſio in ſtirpes eſt, quæ fit per jus Repræſentationis.

Jus Repræſentarionis *eſt fictio juris, qua remotiores ſuccedentes in locum proximioris defuncti accipiunt tantam partem, quantam proximior ille habuiſſet, ſi vixiſſet.* a

Quod ad ordines ſuccedendi ex jure ſanguinis attinet, ſecundum jus novum præcipue tres conſtituti ſunt, Deſcendentium, Aſcendentium & Collateralium. b

Primo ordine ab inteſtato ſuccedunt Deſcendentes, qui omnibus Aſcendentibus & Collateralibus præferuntur. *c*

Primi gradus liberi ſine ulla differentia ſuitatis, vel ſexus, ſuccedunt in capita. *d*

Eadem quoque ratio ſuccedendi eſt, ſi liberi ulterioris gradus ſint unius ſtirpis

a §. 6. *& ult. J. de ſucceſ. ab Inteſt.*

b *Nov.* 118. *in præf.*

c *d. Nov. cap.* 1.

d *ibid. Auth. in ſucceſſionem Cod. de ſuis & leg. hered.*

›is V: Gr. tres nepotes ex uno filio. *e* e *d. cap.*

Secundi, Tertii, & ulteriori gradus ive ſoli ſint, ſive cum liberis primi gradus concurrant, ſuccedunt in ſtir›es jure repræſentationis; adeo ut pro:imiores in linea deſcendenti nunquam emotiores alterius lineæ deſcendentes :xcludant. *f* f *ibid.*

Deficientibus Deſcendentibus ſe:undo ordine admittuntur Aſcenden:es. *g* g. *d. Nov. cap.* 2.

Quod ſi ſoli exiſtant primi & ulte'ioris gradus Aſcendentes, ac ejuſdem Lineæ ſint, & in pari gradu, ſuccedunt æqualiter; ſin Diverſæ lineæ bona dividuntur in lineas; ut medietatem accipiant paterni, medietatem materni Aſcendentes, quanticunque fuerint. *h* h *d. cap. 2.*

Sin autem diſpari in gradu Aſcendentes ſint, proximior ſemper excludit remotiorem, ceſſante jure Repræſentationis. *i* i *d. cap. verſ. ſi autem plurimi.*

Quod ſi præter Aſcendentes exiſtant etiam fratres & ſorores Germani defuncti, hi cum illis ſuccedunt in capita *k*, k *d. cap. verſ. ſi vero cum.* ſi vero etiam fratrum Germanorum defunctorum liberi exſtent, illi cum Aſcendentibus & Thiis ſuis ſuccedunt in ſtirpes *l*. l *Nov. 127. C. 1. auth. ceſſante C. de legit. hered.*

Non extantibus quoque aſcendenti-

bus

bus admittuntur Collaterales, & inte hos vocantur primo Fratres & Sorore Germani, ſi ſoli ſint, in Capita. *m*

m d. Nov. c. 3.

Cum his vocantur fratrum germa norum defunctorum Liberi in ſtirpe qui ipſi, ſi ſoli ſint, hereditatem quo que dividunt in capita, ac Thios ſuo conſanguineos & Uterinos excludunt ut & Thios defuncti. *n*

n d. c. 3. verſ. unde conſequens & verſ. quandoquidem.

Poſt fratres Germanos eorumque Li beros, vocantur Fratres uno parent conjuncti Conſanguinei & Uterini, iten Liberi fratrum præmortuorum, qui u no parente conjuncti erant. *o*

o d. c. 3. verſ. his autem.

Tertio poſt fratres eorumque libero vocantur reliqui Agnati & Cognat promiſcue *p*, ac inter eos *pares gradu pariter admittuntur*, & *proximior remotio rem excludit*, ceſſante tunc omni jure repræſentationis *q*.

p d. c. 3. §. 1.

q d. cap. 3. §. 1. & cap. 4.

Deficientibus & his, ſuccedunt ſibi in vicem Conjuges *r*; niſi maritus locu ples reliquerit uxorum inopem: illa enim cum liberis mariti ſuccedet in quartam, ſi ſint tres, vel pauciores, in portionem virilem, ſi ſint plures. *ſ*

r l. 1. ff. unde vir. & uxor.

s Nov. 153. c. 8. Auth. præterea C. unde vir & uxor.

Ultimo loco Fiſcus hereditatem vacantem occupat *t*; niſi 1. defunctus fuerit membrum Collegii liciti, quo caſu illud collegium fiſcum à ſucceſſione excludit. *v*

t l. 1. & 4. C. de bonis vac.

v l. 1. & tot tit. Cod. de hered. Decur.

2. Etiam Socius Liberalitis Imperialis Fiſcum repellit. *x*

TITULUS XIV.

De Obligationibus.

D. 44. *T.* 7. *C.* 4. *T.* 10.

OBligatio, *eſt juris vinculum, quo adſtringimur ad aliquid præſtandum* a, Eſtque vel *naturalis*, vel *civilis*. b

Naturalis eſt, quæ ſola æquitatis ratione nititur.

Hæc vel perfecta eſt, vel imperfecta. *Imperfecta* ſeu *minus plena* eſt, quæ oritur ex ſola affectione hominum, & æquitate: qualis eſt obligatio ad remunerandum *c*. Hæc nullum civilem habet effectum.

Perfecta ſeu *plena* eſt, quæ oritur ex Conventione, *d* qualis eſt obligatio ex nudo pacto *e* item filiifamilias ex mutuo contra Senatusconſultum Macedonianum obligati. *f*

Hæc licet actionem non producat *g*, tamen aliis effectibus non deſtituitur, nam 1 impedit repetitionem ſoluti *h*, 2. admittit Fidejuſſorem *i*. 3. Novationem *k* 4. Compenſationem *l*, 5. Conſtitutum, *m* producit etiam exceptionem. *n*

Obli-

x *l. un. Cod. ſi liberal. Imp. ſoc.*

a *l.* 3. *ff. h. tit.*

b *l.* 59. *ff. de Cond. indeb.* §. 1. *Inſt de fidejuſſ.*

c *l.* 25. §. 11. *ff. de hered. petit.*

d *l.* 1. *ff. de pactis.*

e *l.* 84. §. 1. *ff. de R. J.*

f *l.* 10. *ff. ad Sctum maced. juncta l.* 1. *ff eod.*

g *l.* 7. §. 4. *ff. de pactis.*

h *l.* 13. *ff. de Cond. indeb.*

i §. 1. *inſt. de fidejuſſ. l.* 6. *&* 7. *ff. eod.*

k *l.* 1. *ff. de Nov.*

l *l.* 6. *ff. de compenſ.*

m *l.* 1. §. *pen. ff. de Conſt. pen.*

n *d. l.* 7. §. 4. *ff. de pactis.*

Obligatio Civilis eſt, quæ oritur ex jure Civili.

Hæc vel eſt mere civilis: quæ ſola legum civilium autoritate nititur, ita ut ipſo juro quidem pariat actionem, ſed talem, quæ per exceptionem elidi poteſt, ut ſi quis Metu, vel Dolo inductus, vel Errore lapſus, ſtipulanti promiſit. o

o §. 1. & ſeqq. J. de except.

Mixta Civilis eſt, quam & naturalis ſuſtinet æquitas, & Civilis firmat autoritas; ita ut obligationem, & actionem efficacem producat: eſtque ea, quam Imperator definit.

Obligatio eſt *Juris vinculum, quo neceſſitate adſtringimur alicujus rei ſolvendæ, ſecundum jura civitatis Romanæ p*, ſive quæ ſuâ naturâ efficax eſt ad producendam actionem.

p *pr. h. tit.*

Civilis iterum vel *civilis in ſpecie* eſt, quæ legibus conſtituta, aut certo Jure Civili comprobata eſt. Vel *Prætoria*, aliter *honoraria*, quam Prætor ex ſua juriſdictione conſtituit. *q*

q §. 1. *h. tit.*

Obligatio civilis oritur ex Contractu vel vero, vel quaſi contractu, item ex vero vel quaſi Delicto. *r*

r §. *ult. h. tit. l. 1. pr. ff. eod.*

Contractus *eſt conventio, ſua natura obligationem ad agendum efficacem producens. s*

s *l.* 1. §. 3. & *l.* 7. *ff. de pact.*

Contractus eſt vel *Nominatus*, vel *innominatus*.

No-

Nominatus, qui proprium & ſpeciale nomen habet, & actionem ejuſdem nominis producit.

Innominatus, qui nec certum nomen habet, nec certam & nominatam actionem producit.

Species ſunt quatuor 1. do ut des 2. do ut facias, 3. facio ut des, 4. facio ut facias. *t* t *l. 5. ff. de præſcr. verb.*

Ex his oritur Actio Præſcriptis verbis. *v* v *l. 7. §. 2. ff. de pactis.*

Nominatus contractus, vel *Verus* eſt, vel *quaſi contractus.*

Verus contractus eſt, qui conſtat conſenſu vero & liquido.

Quaſi contractus, qui conſtat conſenſu præſumto, ſeu ficto.

Veri contractus conſtant vel Re, vel Verbis, vel Literis, vel Conſenſu. *x* x §. *ult. h. tit. l. 1. §. 1. ff. eod.*

Contractus re conſtans eſt, ad cujus perfectionem ſolus conſenſus non ſufficit; ſed omnimodo neceſſarius eſt ipſius rei interventus.

TITULUS XV.

Quibus modis re contrahitur obligatio.

Species Contractium Re conſtantium ſunt quatuor Mutuum, Commodatum, Depoſitum, Pignus.

Mu-

Mutuum *eſt contractus juris gentium, re conſtans, ſtricti juris, quo quantitas alicui datur, ea lege, ut eadem quantitas reſtituatur, non in ſpecie, ſed in genere.* a

a pr. J. h. tit. l. 2. ff. de Reb. Cred.

Quantitates aliter vocantur res *Fungibiles*, etiam res quæ pondere, numero & menſura conſtant. *b*

b l. 2. §. 1. pr. h. tit.

Ex mutuo oritur actio, quæ vocatur *Condictio certi.* c

c d. pr.

Certum dicitur quando conſtat quid, quale, & quantum in judicium deduciur. *d*

d l. 6. ff. de Reb. Cred.

Condictio certi ex mutuo, eſt *actio perſonalis, civilis, ſtricti juris, quæ datur ei, qui mutuum dedit, adverſus eum, qui accepit, ut rem mutuo datam in eodem genere, eadem quantitate, & qualitate reſtituat.*

Mutuo in quibuſdam ſimilis eſt *Indebiti ſolutio*, quæ tamen non verus, ſed quaſi contractus eſt *e*, quo is, qui indebitum accepit, obligatur ei, qui per errorem & ignorantiam ſolvit indebitum, ut reſtituat. *f*

e §. 6. 1. de Obl. quæ quaſi ex contr.

f §. 1. h. tit.

Oritur inde *Condictio indebiti*, quæ eſt actio perſonalis, quæ datur ei, qui per probabilem ignorantiam facti *g* ſolvit indebitum, adverſus eum, qui accepit, ut reddat, quod accepit.

g l. 10. Cod. de Juris & fact. ign.

Commodatum *eſt, contractus juris gentium, bonæ fidei, re conſtans, quo res aliqua, ſive ſpecies, gratis alicui utenda datur,*

tur, ad certum tempus & modum, ea lege, ut eadem res in ſpecie reſtituatur. h

h §. 2. *h. t. l.* 3. §. *fin. l.* 17. §. 3. *ff. commod.*

Ex Commodato oritur duplex actio, directa & contraria.

Actio commodati directa *eſt actio perſonalis, civilis, rei perſecutoria, quæ datur Commodanti, adverſus Commodatarium, ut rem commodatum in ſpocie reſtituat, & præſtet dolum & culpam etiam leviſſimam.* *

* *d.* §. 2. *l.* 4. §. 2. *ff. d. tit.*

Actio commodati contraria *eſt actio perſonalis, civilis, rei perſecutoria, quæ datur commodatario, adverſus commodantem, ad id ut ſervetur indemnis.* †

† *l.* 17. §. 3. *ff. eod.*

Depoſitum *eſt contractus juris gentium, bonæ fidei* i, *re conſtans* k, *quo res aliqua corporalis, & mobilis alicui gratis* l *cuſtodienda* m *datur, ea lege, ut eadem res deponenti reſtituatur, quandocunque petierit.* n

i *l.* 1. §. 23. *ff. depoſit.*
k §. 3. *h. tit.*
l *arg. l.* 1. *ff. depoſit.*
m *l.* 1. §. & 9. *ff. depoſit.*
n §. 3. *h. t. in fin.*

Depoſitum eſt triplex. Depoſitum in ſpecie, depoſitum Miſerabile, & Sequeſtratio.

o *ibid.*
p *l.* 1. §. 8. & 9. *ff. depoſit.*

Depoſitum in ſpecie eſt rei non Litigioſæ citra caſum neceſſitatis.

Depoſitum miſerabile eſt, quod naufragii, incendii, tumultus causâ deponitur. *

* *l.* 18. *depoſit.*

In hoc depoſito ſi quis dolum commiſit, in duplum tenetur. †

† *l.* 1. §. 1. *ff. depoſit.*

Sequeſtratio eſt cum duo, vel plure rem litigioſam apud tertium deponunt ea lege, ut is finita lite rem victori reſtituat. *q*

q *l.* 5. §. 1. & 2. *l.* 6. *ff. depoſit.*

Hæc vel *voluntaria* eſt, quæ fit ex conventione partium *r*, vel *neceſſaria*, quæ fit autoritate judicis *ſ*, hæc regularite eſt prohibita. *t*

r *l* 17. *ff. depoſit.*
s *l.* 7. §. *fin. ff. qui ſatiſd. cog.*
t *l. un. C. de proh. ſequeſtr. pecun.*

Ex depoſito oritur duplex actio, di recta, & contraria.

Actio depoſiti directa *eſt actio perſonalis, bonæ fidei, famoſa* v, *quæ datur deponenti* x, *adverſus depoſitarium, ad id, u rem depoſitam reſtituat* y, *& ſarciat damnum dolo, & latâ culpâ datum.* z

v §. 2. *inſt. ac pœna tem. litig.*
x §. 3. *h. t.*
y *ibid.*
z *l.* 1. §. *ult. ff. depoſit. l.* 1. *C. eod.*

Actio contraria *datur depoſitario, adverſus deponentem, ad id, ut ſervetur indemnis.* a

a *l.* 5. *pr. l.* 12. *pr. l.* 23. *ff. depoſit.*

Pignus *eſt contractus juris gentium* b *bonæ fidei, re conſtans* c, *quo res aliqua debitore, vel alio creditori datur, in ſecuritatem debiti* d, *ea lege, ut ſoluto debit eadem res in ſpecie reſtituatur.* e

b *l.* 1. §. *fin. ff. de pact. & h. t.*
c §. 3. *d. l.* 35. §. 1. *ff. de pign. act.*
d *d.* §. 3.
e *l.* 9. §. 3. *ff. d. tit.*

Ex hoc contractu oritur actio pignoratitia directa, & contraria.

Directa *datur debitori ſoluto debito adverſus creditorem, ad id, ut reſtitu pignus cum omni cauſa* f, *& reſarci damnum dolo, lata, & levi culpa datum.* g

f §. *ult. h. tit.*
g *l.* 1. *& ſeq. ff. de pign. act. l.* 9. §. *fin. ff. eod.*

Contraria *datur creditori*, *adverſus debitorem*, *ad id*, *ut ſervetur indemnis.* r

De præſtatione Doli, Culpæ, & Caſus.

Præſtare dolum aut culpam, eſt ſarcire damnum dolo, caſu, aut culpa datum.

Dolus eſt omnis calliditas, fallacia, machinatio, ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita. *a*

Culpa nihil aliud eſt, quam negligentia, in rebus alienis ſive omittendo, ſive committendo admiſſa *b*, eſtque triplex, lata, levis, & leviſſima. *c*

Culpa lata eſt non adhibere eam diligentiam, quam vel negligens paterfamilias adhibet; ſive ignorare, quod omnes intelligunt *d*: hæc in contractibus comparatur dolo *e*, excepta cauſa capitalis criminis. *f*

Culpa levis eſt, non adhibere eam diligentiam, quam frugi & diligens paterfamilias ſuis rebus adhibet. *g* hæc culpa regulariter denotatur quando vox, *Culpæ* ſimpliciter in legibus ponitur. *h*

Culpa leviſſima eſt non adhibere eam diligentiam, quam diligentiſſimus paterfamilias adhibet. *i*

h *l.* 14. *l.* 30. *ff. eod. l.* 23. *ff. de R. J.*

a *l.* 1. §. 2. *ff. de dolo malo.*

b *l.* 91. *pr. ff. de v. obl. l.* 121. *ff. de R. J.*

c *l.* 5. §. 2. *ff. de Commod. l.* 47. §. 5. *ff. de legat.* 1.

d *l.* 213. §. *ult. ff. de V. S.*

e *l.* 1. *ff. ſi menſor falſ. mod. l.* 226. *ff. de v. ſign.*

f *l.* 7. *ff. ad l. Corn. de Sicar.*

g *l.* 11. *ff. de per. & com. rei vend.*

h *l.* 108. *ff. de legat.* 1. *l.* 23. *ff. de R. J.*

i §. 2. *h. t. l.* 18. *pr. ff. commod.*

Caſus fortuitus eſt vis major, cui humana imbecillitas reſiſtere non poteſt. *k*

Dolus præſtatur in omnibus contractibus *l*: *Caſus fortuitus* in nullo *m*, excepto mutuo. *n*

Culpa regulariter præſtatur ſecundum has tres regulas. *o*

1. Quoties contractus ſolius danti gratiâ initur; toties dolus tantum, & lata culpa præſtatur, ut in Depoſito.

2. Quoties contractus celebratur ſolius accipientis gratia; toties dolus & omnis culpa, etiam leviſſima præſtatur ut in Commodato.

3. Quoties in contractu utriuſque verſatur utilitas; toties dolus, lata, & levi culpa præſtatur, ut in pignore, emtione Venditione.

Prædictæ regulæ de dolo, culpa, & caſu, tunc ceſſant, ſi aliter contrahentes pacti ſint: (excepto eo, ſi convenerit ne dolus præſtetur *p*) vel etiam cum ſpecialis ratio hunc vel illum contractum a communibus regulis eximit.

k *d. l.* 18. & *l.* 3. §. 1. *ff. naut. caup. ſtab.*
l *l.* 23. *ff. de R. J.*
m *ibid.*
n §. 2. *h. t.*
o *l.* 5. §. 2. *ff. Commod.*
p *l.* 23. *ff. de R. Jur.*

T

TITULUS XVI.

De Verborum obligationibus.
D. 45. *T.* 1. *C.* 8. *T.* 38.

VErborum obligatio, *ſeu* Stipulatio, *eſt contractus Juris Civilis* a, *ſtricti* a §. 9. *inſt. de act.*
juris, *verbis conſtans* b, *quo is*, *qui in-* b *pr. h. tit.*
terrogatur, *daturum facturumve ſe*, *quod*
interrogatus eſt, *reſpondet.* c c *d. pr. l.* 5. §. 1. *ff. h. tit.*

Ex ſtipulatione oritur duplex actio, *Condictio certi*, ſi res certa in ſtipulationem deducta ſit; & *Condictio incerti*, ſeu Actio ex ſtipulatu, ſi incerta res in ſtipulationem deducatur. *d* d *ibid. l* 4. *pr. ff. de Uſuris.*

Utraque eſt actio perſonalis, civilis, ſtricti juris, quæ datur ſtipulanti, adverſus promittentem, ut præſtet, quod promiſit.

Omnis ſtipulatio vel Pura eſt, vel in diem, vel Conditionalis. *e* e §. 2. *h. tit.*

Stipulatio pura eſt, quæ ſine temporis, aut conditionis adjectione contrahitur *f*: inque ea dies obligationis ſtatim f *d.* §. 2.
Cedit, & Venit. *g* g *l.* 213. *ff. de V. S.*

Dies Obligationis *cedere* dicitur, quando res in Obligationem deducta deberi incipit, licet peti nondum poſſit.

Dies venire dicitur, quando peti poteſt id, quod debetur. *h* h *d. l.* 213.

Stipulatio in diem eſt, quæ fit adjecto die, quo pecunia ſolvatur. *i*

i §. 1. *d. tit. l.* 41. §. 1. *ff. h. t.*

Dies obligationi dupliciter adjici poteſt, vel tanquam terminus, a quo, *ut poſt quinquennium dabo*; vel tanquam terminus ad quem, ut *uſque ad quinquennium, vel quod vivam.*

Priori caſu dies obligationis ſtatim quidem Cedit, ſed ante exiſtentem diem non Venit *k*: integrum tamen eſt debitori ante diem ſolvere, ſi velit. *l*

k *d.* §. 2. & *d. l.* 213.

l *l.* 10. *ff. de cond. indeb. l.* 41. §. 1. *ff. h. tit. l.* 17. *ff. de R. J.*

Altero caſu etiam præterlapſo tempore, ipſo jure perpetuatur obligatio; ſed promiſſor conventus, exceptione pacti conventi ſe tueri poteſt. *m*

m §. 3. *J. h. tit. l.* 56 §. 4. *ff. eod.*

Tempus porro non tantum expreſſe ſtipulationi adjici poteſt, ſed etiam interdum tacite ineſt; quod contingit, ſi vel Locus ſtipulationi adjectus ſit *n*: vel ipſa præſtatio rei, vel facti in ſe tractum temporis deſideret. *o*

n §. 5. *h. t.*

o *l.* 73. *pr. ff. h. t.*

Stipulatio conditionalis eſt, quæ collata eſt in caſum futurum incertum *p*; in ea obligationis dies nec cedit, nec venit, niſi exiſtente conditione. *q*

p §. 4. *h. t.*

q *d.* §. 4 & *l.* 54. *ff. de V. S.*

Spes tamen futuræ obligationis ab utriuſque contrahentis parte ad heredes tranſmittitur. *r*

r *d.* §. 4.

Quod ſi Conditio ad præſens vel præteritum tempus collata ſit, vix ea pro Con-

Conditione habetur, nec obligationem differt. *s* s §. 6. *I. h. t.*

Stipulatio fit quâvis linguâ *t*, congrua t §. 1. *h. t.* tamen interrogatione & reſponſione *v*, v §. 5. *inſt. de inutil. ſtip.* inque eam deducuntur res omnes, quæ ſunt in commercio *x*, item facta poſſibilia, & honeſta *y*, propria, non aliena. *z* x *l.* 83. §. 5. *l.* 103. *ff. h. t.* y §. 23. *Inſt. de inutil. ſtip. l.* 185. *ff. de R. Jur.* z §. 3. *Inſt. d. tit. l.* 38. *pr. ff. h. t.*

Si factum in ſtipulationem deductum ſit, promiſſor præciſe ad factum illud cogi non poteſt, ſed præſtando intereſſe liberatur *a* ideoque conſultum eſt ſtipulatori pœnam adjicere, nam ita ſe ipſum eximit difficultate probandi ejus quod intereſt. *b* a *l.* 13. §. 1. *ff. de Re Jud.* b §. *fin. h. t.*

TITULUS XVII.

De duobus Reis ſtipulandi & promittendi. *D.* 45. *T.* 2. *C.* 8. *T.* 40.

Correi ſtipulandi *ſunt duo ſtipulatores, quibus ſingulis eadem res, conjuncta oratione, in ſolidum, promiſſa eſt.* a a *pr. h. t. l.* 2. & 3. *ff. eod.*

Correi promittendi *ſive* debendi *ſunt, duo promiſſores, qui ſinguli eandem rem, uno tempore, in ſolidum ſtipulanti promittunt.* b b *dd. ll.*

Ut ergo duo Correi ſint vel ſtipulandi vel promittendi; Requiritur 1. ut eadem res in ſtipulatum deducatur *c*, 2. ut c *l.* 3. §. 1. *ff. h. t.*

 ex

d l. 9. pr. ff. eod. ex una eademque cauſa promiſſio fiat *d*, 3. ut ſolidum utrique, & ab utroque promiſſum ſit *e*.
e l. 11. §. 1. ff. eod.

Unus tamen ex Correis pure, alter ſub conditione, vel in diem recte obligatur. *f*
f §. 2. I. h. t. l. 7. ff. eod.

Effectus talis ſtipulationis eſt, ut duo correi ſinguli in ſolidum, vel Agere, vel Conveniri poſſint; ita tamen, ut uno accipiente debitum, vel uno ſolvente, tota obligatio perimatur. *g*
g §. 1. h. t. l. 2. l. 3. §. 1. l. 11. ff. eod.

Quid ſi autem Correi debendi alterna fidejuſſione obligati ſint, beneficio Diviſionis gaudent. *h*
h Nov. 99. Cap. 1.

TITULUS XVIII.

De Stipulatione Servorum. *D. 45. T. 3.*

STipulari poſſunt etiam Servi ex Perſona Dominorum *a*, item ſervus hereditarius *b*, & ſervus communis. *c*
a pr. h. tit.
b d. pr. h. t.
c §. 3. h. t.

Servus autem quicquid ſtipulatur, non acquirit ſibi, ſed domino *d*, vel hereditati *e*, aut ſi plures ſint domini, ſingulis pro parte, niſi unius juſſu, aut uni Nominatim ſtipulatus ſit *f*: Factum tamen ſervus, ſi ſtipulatus ſit, etiam ſibi acquirit. *g*
d §. 1. h. t. §. 1. inſt. de his qui ſunt ſui vel al.
e d. §. 2. h. t.
f d. §. 3. h. t.
g §. 2. h. t.

TITULUS XIX.

De Diviſione ſtipulationum.

STipulationes pręterea ſunt, vel Ju-
diciales, vel Prętorię, vel Conven-
tionales, vel Communes. *a* a *pr. h. t. l. 5. ff. de verb. obl.*
Judiciales ſunt, quę à mero Judicis
officio proficiſcuntur, veluti de dolo
cautio, dę perſequendo ſervo, qui in
fuga eſt. *b* b §. 1. *h. tit. d. l. 5.*
Cautio de dolo exigitur, cum pericu
lum eſt, ne adverſarius quid dolo agat
in re noſtra. *c* c *l. 69. ff. de V. S.*
Cautio de perſequendo ſervo *eſt quâ
Heres Legatario promittit, ſe ſervum le-
gatum, qui in fuga eſt, ſuis ſumtibus per-
ſecuturum, & vel ſervum, vel pretium re-
ſtiturum.* d d *l. 39. l. 69. §. ult. ff. de leg. 1.*
Prætoriæ cautiones ſunt, quę à mero
Prętoris officio proficiſcuntur, ut Dam-
ni infecti, & Legatorum. *e* e §. 2. *h. t. & d. l. 5.*
Damnum eſt omnis patrimonii noſtri
deminutio. *f* f *l. 3. ff. de damn. inf.*
Damnum infectum eſt, quod non-
dum factum eſt, ſed futurum vere-
mur. *g* g *l. 2. ff. eod.*
Cautio damni infecti *eſt qua domi-
nus ædium ruinoſarum cavet vicino*, quic-
quid ędium ſuarum vitio damnum con-

tigerit, ſe id reſtituturum. *h*

h *l. 7. ff. eod. tit.*

Cautio legatorum *eſt qua heres datis fidejuſſoribus cavet legatario, cui legatum ſub conditione, vel in diem eſt relictum, ſe exiſtente conditione, vel die, legatum ſoluturum, dolumque malum abfuturum.* i

i *l. 1. pr. & t. tit. ff. ut leg. ſeu fid. nom. cav.*

Quod ſi Dominus vicino, vel Heręs, legatariis dictas cautiones, pręſtare nolint, Vicinus quidem a prętore mittitur in poſſeſſionem domus ruinoſę *k*, legatarius in poſſeſſionem rerum hereditariarum. *l*

k *l. 15. §. 16. & 33. ff. de damn. inf.*
l *l. 3. pr. & tot. tit. ff. ut in poſſ. legat.*

Proprium id eſt Prętoriarum cautionum, quod fidejuſſores deſiderent. *m*

m *l. 7. de prat. ſtip.*

Conventionales cautiones *ſunt, quæ ex conventione utriuſque partis concipiuntur.* n

n *§. 3. h. t. & d. l. 5.*

Earum totidem ſunt genera, quot fere ſunt rerum contrahendarum. *o*

o *ibid.*

Communes, *quæ tam ex Prætoris, quam ex Judicis officio proficiſcuntur* p: veluti *Rem pupilli ſalvam fore*, quę pręſtatur à tutoribus *q*; & *Cautio de Rato*, quâ is, qui alterius negotia gerit, cum de mandato dubitatur, cavet dominum ratum habiturum, quod geſſit. *r*

p *§. ult. h. t.*
q *l. 1. §. fin. l. 9. ff. rem pup. ſalv.*
r *l. 12. §. 1. ff. ratam. rem hab.*

Ti-

TITULUS XX.

De Inutilibus Stipulationibus. C. 8. T. 39.

INutilis ſtipulatio *eſt quæ nullum effe-ctum habet in jure.*

Inutiles ſtipulationes ſunt, vel ratione Rei, aut Facti in ſtipulationem deducti, vel ratione Contrahentium, vel ratione Formæ ſeu Modi, quo contrahitur.

Ratione Rei inutilis eſt ſtipulatio; ſi quis ſtipuletur rem, quæ nec eſt, nec eſſe poteſt in rerum natura *a*; item rem, quæ non eſt in commercio, ut rem ſacram, ſanctam, religioſam, publicam, liberum hominem *b*, aut ſaltem extra commercium ſtipulatoris *c*, item ſi quis ſtipuletur rem propriam pure *d*, vel etiam rem plane incertam *e*.

Ratione facti inutilis eſt ſtipulatio, ſi quis factum alienum promiſerit *f*, non adjecta pœna *g*, item factum impoſſibile, vel natura, vel moribus. *h*

Ratione contrahentium, ſi ſint inhabiles, ut muti, ſurdi *i*, furioſi *k*, infantes *l*; item inutilis eſt ſtipulatio facta inter Patrem & Filium, Servum & Do-

a §. 1. *h. t. l.* 103. *ff. de verb. obl.*

b §. 2. *h. ult. l.* 83. §. 5. *ff. de verb. obl.*

c *l.* 34. *ff. h. t.*

d *d.* §. 2. *l.* 82. *ff. d. tit.*

e *l.* 94. 95. 115. *pr. ff. de V. O.*

f §. 3. *h. t. l.* 38. *pr. ff. de verb. obl.*

g §. 20. *h. t.*

h §. 23. *h. t. l.* 185. *ff. de R. J.*

i §. 7. *h. t. l.* 1. *ff. de V. Obl.*

k §. 8. *h. t.* §. 9. *h. t.*

l §. 9. *h. t. l.* 6. *ff. jud.*

Dominum; item ſi quis alteri quam ſibi ſtipuletur *m*, niſi ſua interſit ei dari, cui ſtipulatur *n*, aut pœna adjecta ſit. *o*

m §. 3. *h. tit. l.* 11. *ff. de obl. & act.*
n §. 19. *h. t. l.* 38. §. 20. *ff. de verb. obl.*
o §. 18. *h. t.*

Alterius tamen perſona ſolutionis gratiâ adjici poteſt *p*, quo caſu promittenti liberum eſt ſolvere cui velit, an ſtipulatori, an adjectæ perſonæ: modo is manſerit in eodem ſtatu *q*, vel ſtipulator litem cum promittente conteſtatus non ſit. *r*

p *d.* §. 3. *h. t.*
q *l.* 38. *ff. de Solut.*
r *l.* 16. *pr. ff. de fidejuſſ.*

Quid ſi quis ſibi & alteri ſtipulatus fuerit, pro parte utilis eſt ſtipulatio, pro parte inutilis. *s*

s §. 4. *l. h. t.*

Ratione formæ, ſeu modi, inutilis eſt ſtipulatio, ſi inter abſentes facta ſit *t*, (ita tamen, ut abſentiam allegans evidentiſſime eam probare teneatur *v*,) item ſi contrahentes diſſentiant, vel in Re ipſa, vel in quantitate: (quo tamen caſu inutilis eſt ſtipulatio non in totum, ſed quoad ſummam excedentem *y*) in genere, ſi non congrue reſpondeatur ad interrogata, denique ſi impoſſibilis conditio adjecta ſit *x*, vel natura talis, vel moribus. *z*

t §. 11. *h. t. l.* 1. *pr. ff. de verb. obl.*
v *d.* §. 11. *l.* 14. *C. de contr. & com. ſtip.*
* *l.* 1. §. 4. *ff. de V. O.*
x § 5. *h. t.* §. 17. 22. *eod.*
y §. 10. *h. t. l.* 7. *ff. de verb. obl.*
z *l.* 15. *ff. de Cond. Inſt.*

Aliud eſt ſi Impoſſibilis conditio negative ſit adjecta. *a*

a *d.* §. 10. & *d. l.* 7.

Stipulationes *poſt mortem*, vel *pridie quam moriar dare ſpondes*, item præ-

po-

poſtere conceptæ, olim erant inutiles, ſed hodie valent. *b*

b §. 13. & 14. *h. t.*

TITULUS XXI.

De Fidejuſſoribus.

D. 46. *T.* 1. *C.* 8. *T.* 41.

FIdejuſſor *eſt interceſſor, qui alienam obligationem in fidem ſuam ſuſcipit, ita ut debitor principalis maneat obligatus.*

Fidejuſſio *eſt verborum obligatio, qua quis alienam obligationem in fidem ſuam ſuſcipit, ita ut debitor principalis maneat obligatus.*

Fidejubere poſſunt omnes, qui ſe poſſunt obligare *a*: excipiuntur 1. Impuberes & minores *b*, 2. Milites in quibuſdam cauſis *c*, 3. Mulieres propter SCtum Vellejanum. *d*

a *l.* 3. *l.* 10. §. 2. *h. tit.*
b §. 10. *inſt. de inutil. ſtip. pr. inſt. de auct. tut.*
c *l.* 31. *C. loc. Cond.*
d *l.* 1. & *t. t. ff. ad SCtum vell.*

Fidejuſſionis objectum eſt obligatio aliqua præcedens, ita ut Acceſſoria ſit non principalis *e*, ſi tamen fidejuſſio principalem obligationem præcedat, illa in pendenti eſt. *f*

e §. 1. 3. 5. 6. *I. h. t. l.* 1. *l.* 16. *ff. eod.*
f *l.* 57. *ff. h. t.*

Fidejuſſor accedere poteſt omnis generis Obligationi *g*, ſive re, ſive verbis, ſive litteris, ſive conſenſu ſit contracta *h*, nec intereſt utrum obligatio Naturalis ſit an Civilis, ſive ex Contractu oriatur, ſive ex Delicto, cujus

g §. 1. *h. t. l.* 1. *ff. eod.*
h *d.* §. 1. *h.* §. *h. t. l* 6. *ff. ult. ff. eod.*

jus pœna eſt pecuniaria, non vero corporalis. *i* niſi agatur de Reo ſiſtendo in judicio. *k*

i *l.* 8. §. 5. *h. t.* & *arg. l.* 22. *C. de pœn.*
k *l.* 3. *ff. de Cuſt. & exhib. reor.*

Cum obligatio fidejuſſoris ſit Acceſſoria, hinc vel accipi debet in eandem cauſam, quam debitor principalis debet, vel in leviorem *l*, ſi in duriorem cauſam adhibitus fuit, *omnino non* tenetur. *m*

l §. 5. *I. h. t.*
m *l.* 8. §. 7. *ff. h. t.*

Jure novo fidejuſſores habent tria beneficia, beneficium Ordinis, Diviſionis, & Cedendarum actionum.

Beneficium Ordinis *ſeu* Excuſſionis, *eſt privilegium, quo oppoſito, creditor prius debet convenire debitorem principalem, & eo excuſſo demum fidejuſſorem.* n

n *Nov.* 4. & *Auth. præſente Cod. h. t.*

Beneficium Diviſionis *eſt privilegium, quo oppoſito, ſinguli fidejuſſores, ſi plures ſunt, non poſſunt conveniri in ſolidum, ſed quiſque pro virili parte.* o

o §. 4. *h. t. l.* 26. *ff. eod.*

Quid ſi omnes tempore litis conteſtatæ ſolvendo non ſint, vel unus ſine Herede deceſſerit, hoc cæteros onerat. *p*

p *d. l.*

Beneficium Cedendarum Actionum *eſt privilegium, quo unus ex Fidejuſſoribus, qui totum ſolvere paratus eſt, à creditore petit, ut actiones ſuas ipſi cedat, adverſus confidejuſſores, & reum principalem.* q

q *l.* 11. & 21. & *Auth. præſente C. h. t.*

Poſ-

Poſſunt fidejuſſores prædictis privilegiis, vel expreſſe, vel tacite, non opponendo, vel non petendo Ceſſionem ante ſolutionem, renunciare. *r*

Præterea fidejuſſor id, quod pro reo principali ſolvit, repetere poteſt, vel actione Mandati, ſi pro reo mandante, aut ſaltem præſente, & patiente ſolverit *s*, vel actione Negotiorum Geſtorum, ſi pro ignorante ſolverit, aut abſente. *v*

Si autem pro Invito debitore ſolverit, nullam actionem contra ipſum habet. *x*

r *arg. l. pen. ff. de pactis l.* 76: *ff. de ſolut.*

s §. 6. *h. t. l.* 18. *ff. de mandat.*

v *l.* 6. §. 2. *l.* 20. §. 1. *ff. mandat.*

x *l.* 40. *ff. eod.*

TITULUS XXII.

De Literarum Obligationibus.

Literarum obligatio (Nova Nempe, nam Antiqua, quæ Nominibus fieri dicebatur, in deſuetudinem abiit *a*) *eſt Scriptura, qua debitor, ſpe futuræ numerationis, ſcripſit, ſe accepiſſe pecuniam, quam revera non accepit.* b

Ex tali ſcriptura obligatur debitor, ſi intra biennium non fuerit uſus remediis, ſibi per leges competentibus, nam 1. Debitori agenti opponere poteſt Exceptionem non numeratæ pecuniæ. *c*

Ex-

a *pr: h: t:*

b *d: princ:*

c *d: pr: & l: 7: Cod: de non num: pec:*

Exceptio non numeratæ pecuniæ, *eſt exceptio peremptoria, quæ opponitur ab eo, qui ſpe futuræ numerationis, ſcripſit, ſe pecuniam redditurum, adverſus eum, qui ex illa ſcriptura pecuniam, quam non numeravit, repetit.* d

d *d. pr. & l. 14. C. d. tit.*

Exceptio hæc ex conſtitutione Juſtiniani intra biennium eſt opponenda *e*: peremtoria tamen dicitur, quia perpetuum parit effectum, ſi enim Actor extra ſcripturam aliunde non poſſit probare numerationem, reus abſolvitur. *f*

e *dd. ll.*

f *l. 2. 7. 10. C. d. tit.*

2. Poteſt etiam debitor intra biennium Condicere Chirographum. *g*

g *d. l. 7. pr.*

3. Poteſt denunciatione in ſcriptis, aut conteſtatione apud judicem facta, exceptionem ſibi perpetuare. *h*

h *l. 14. §. fin. & Auth. ſeq. C. eod.*

TITULUS XXIII.

De Obligationibus ex conſenſu.

C*Ontractus conſenſu conſtans*, eſt qui ſolo conſenſu perficitur, ad cujus ſubſtantiam non pertinent verba, nec ſcriptura, nec rei traditio. Hinc inter abſentes hi contractus celebrari poſſunt per litteras, vel nuntium, & quia utrumque contrahentem obligant, etiam bonæ fidei ſunt. *a*

a *pr. h. t. l. 2. ff. de O. & A.*

Ejuſmodi contractus ſunt quatuor Emp-

Emptio Venditio, Locatio Conductio, Societas, Mandatum.

TITULUS XXIV.

D. 18. *T.* 1. *C.*4. *T.*38.

EMtio Venditio *eſt contractus Juris Gentium* a, *nominatus*, *bonæ fidei* b, *conſenſu conſtans* c, *de re acquirenda pro certo pretio.*

Emtionis Subſtantialia ſunt tria; Conſenſus ab utraque parte *d*, 2 Res ſive Merx à parte venditoris *e*, & 3 Pretium à Parte emtoris. *f*

Primum ſubſtantiale eſt *Conſenſus*, cui maxime contrarius eſt Dolus, Vis, Metus, & Error.

Quod ad *dolum* attinet; diſtinguendum eſt, utrum inciderit in emtionem; an vero emtioni cauſam dederit.

Dolus dicitur *dare cauſam Contractui*, ſeu emtioni, cum aliquis ad emendum, vel vendendum inducitur, qui alias contracturus non eſſet.

Dolus dicitur *incidere in emtionem*, quando quis animum contrahendi quidem habebat, ſed dolo inducitur ad pluris emendum, vel minoris vendendum. *g*

a *l.* 1. §. *fin. ff. de contr. emt.*
b 28. *J. de Act.*
c. *tit. præc.*
d *l.* 9. *ff. d. tit.*
e *l.* 8. *ff. eod:*
f *l.* 2. §. 1, *ff. eod.*

Si dolus emtioni, (vel etiam alii contractui bonæ ſidei) cauſam dederit, emtio eſt ipſo jure nulla. *g*

Si dolus inciderit in emtionem; emtio quidem ipſo jure valet; ſed reſcinditur actione emti *h*, vel agenti obſtat exceptio doli. *i*

Quod ad *vim* ſpectat, regulariter nemo invitus aut emere aut vendere cogitur *k*, niſi id flagitet Utilitas publica *l*, vel favor Religionis, ſeu Libertatis id exigat *m*.

Quod ad *Metum* attinet; ita juris eſt; quod omnis contractus metu initus ipſo jure ſubſiſtit; ſed ex edicto Prætoris reſtitutio datur. *n*

De *Errore* ita habendum; ſi erratum ſit in corpore, vel in tota materia, emptio eſt ipſo jure nulla *o*. Si erratum ſit in qualitate, vel in parte materiæ, emtio ſubſiſtit *p*; ſed decepto emptori datur actio empti ad intereſſe. *q*

Alterum ſubſtantiale eſt *Merx*, ſeu *Res*, quæ venditur; in ea tria requiruntur, 1. ut exiſtat in rerum natura *r*, aut ſaltem ejus naturæ ſit, ut quandoque exiſtere poſſit *ſ*, ſpes tamen ſeu alea recte emi poteſt. *t*

2. Ut ſit, certa ſeu determinata, ſive in genere, ſive in ſpecie *v*.

g *l.* 7. *pr. ff. de dolo malo l.* 16. §. 1. *ff. de minor.*
h *l.* 11. §. 5. *l.* 13. §. 4. *ff. de act. emt.*
i *l.* 7. §. 3. *ff. de dolo.*
k *l.* 11. *C. h. t. l.* 9. *ff. rerum Amot.*
l *l.* 11. *de Evict.* §. *fin. inſt. de his qui ſunt ſui vel al. I.*
m *l.* 12. *ff. de Reb. & ſumt. fun.* §. *fin. Inſt. de Donat.*
n *l.* 21. §. *pen. ff. quod met. cauſ.*
o *l.* 9. *pr.* §. 2. *ff. de Contr. empt.*
p *l.* 14. *ff. de Contr. empt.*
q *l.* 21. §. 2. *ff. de Act. emt.*
r *l.* 15. *pr. ff. de Contr. emt.*
ſ *l.* 8. *pr. ff. eod.*
t *d. l.* 8. §. 1. *l.* 12. *ff. de Act. Emt.*
v *l.* 40. §. 2. *pr. ff. de act. emt.*

3. Ut commerciis hominum non ſit exemta, vel Natura ſua, uti *Cælum*, *Mare*, vel Jure Gentium, ut *Liberi homines*, *res Sacræ*, *Sanctæ*, *Religioſæ*, vel jure Civili, uti *theatra*, *ſtadia*, *balnea*, *&c.* x

Tertium ſubſtantiale eſt *Pretium*, quod debet eſſe juſtum & verum, non ſimulatum y; item debet eſſe certum, vel per ſe, vel per relationem ad aliud z, vel per arbitrium tertii certi.*

Denique debet conſiſtere in pecunia Numerata, ſi enim res detur pro re, erit Permutatio. a

Quod ſi vel venditor vel Emtor in pretio læſi ſint ultra dimidium, læſo competit remedium legis ſecundæ Cod. de Reſc. vend. quo petit, ut vel reſarciatur læſio, vel venditio in totum reſcindatur. b

Ad accidentalia emtionis pertinet, quod perfici poſſit, vel Scripto, *vel ſine ſcripto*; illo caſu non alias perfecta eſt emtio, quam ſi illa ſcriptura omnibus partibus & modis fuerit abſoluta: ante adhuc locus eſt pœnitentiæ. c

Contrahitur etiam vel pure, vel ſub conditione d, vel cum Arrha, vel ſine ea. e

Arrha) eſt pecunia vel res alia data, in

x §. *ult. h. t. l.* 34. §. 1. *ff. de Contr. emt.*

y *l.* 16. *ff. de R. Juris.*

z *l.* 6. *ff. de Reb. cred.*

v. §. 1. *h. t. l. ult. Cod. de contr. emt.*

* §. 1. *I. h. t.*

a §. 2. *h. t. l.* 1. §. *ff. de contrah. emt. pr. h. t.*

b *l.* 2. *C. de Reſc. vend.*

b *d. pr. & l.* 17. *C. de fide inſt.*

c §. 4. *J. h. t. l.* 8. *pr. ff. de per & Com. rei vend.*

d *d. pr. I.*

in ſignum venditionis contractæ, au
f l. 35. pr. ff. de contr. emt. contrahendæ. *f*

Perfecta emptione Dominium re
g §. 3. h. t. in fin. venditæ manet apud Venditorem *g*, do
nec res tradatur: Periculum tamen, &
h d. §. 3: per tot l. 8. pr. ff. de per & com. rei vend. l. ult. C. eod. commodum pertinet ad Emtorem *h*
niſi res dolo, lata, aut levi culpa ven
ditoris fuerit perdita, aut deteriorata:
i d. §. 3: l. 23. ff: de R. J. niſi etiam venditæ fuerint res, quæ pon
dere, numero, & menſura conſtant, qua
rum periculum ante adponderationem
numerationem, vel menſuram ad em
k l. 35. §. 5 ff. h. t. torem non pertinet *k*.

Ex emptione oritur duplex Acti
Emti, & Venditi

Actio Emti *eſt actio perſonalis; bon*
l l. 11. pr. ff. de Act. emt. *fidei, quæ datur emptori* l, *adverſus ven*
m l. 1. §: 1. ff. eod. *ditorem, ut tradat rem venditam* m, *cum*
omni acceſſione. n

n §. 1. h: t. d. l. 11. §. 2. Actio venditi *eſt actio perſonalis, bo*
p d. l. 11. §. 1. l. 13. pr. ff. eod. *næ fidei, quæ datur venditori* o, *adverſ*
emptorem, ut ſolvat pretium cum uſuris,
q d. l. 13. §. 19. *tempore moræ.* p
r d. l. 13. §: 20.

TITULUS XXV.

De Locatione & Conductione.

D. 19. T. 1. C, 4. T. 61.

a l. 1. ff. h. t. LOcatio Conductio *eſt contractus Ju*
ris Gentium a, nominatus, bonæ fide
co

conſenſu conſtans, de re utenda, vel facienda, pro certa mercede. b

b *arg. pr.*

Locator eſt, qui dat utendum, vel faciendum.

Conductor, qui accipit.

Sicuti in emtione dictum, ita etiam tria ſunt ſubſtantialia locationis,

1. *Conſenſus* c, qui ab initio ſaltem debet eſſe expreſſus *d*, quamvis poſtea tacito conſenſu continuari poſſit locatio, in prædiis Ruſticis in annum, in Urbanis, pro rato temporis, quo quis habitaverit. *e* 2. *Res, vel opera honeſta* locari ſolita. *f* 3. *Merces*, quæ item, ut pretium in emptione, debet eſſe vera, & certa, ac conſiſtere in pecunia numerata. *g*

c *l.* 1. *ff. h. t.*
d *arg. l.* 23. *com. div.*
e *l.* 13. §. *ult. ff. h. t.*
f *l.* 13. *ff. de cond. inſt.* : *l.* 5. §. 7. *ff. de præſcr. verb.*
g §. 1. & 2. *h. t. l.* 23. *ff. Comm. divid.*

Quid ſi aut merces certa promiſſa non ſit, aut uſus unius rei detur, pro uſu alterius rei, hæc conventio in contractum innominatum incidit, eoque nomine competit actio Præſcriptis verbis. *h*

h §. 1: & 2. *h. t.*

Ex locatione conductione oritur duplex actio, Locati & Conducti. *i*

i *pr. h. t.*

Actio Locati *eſt actio perſonalis, bonæ fidei, quæ datur locatori, adverſus conductorem, ut finita locatione rem reſtituat* k, *non deterioratam, & reparet damnum dolo, lata, vel levi ejus culpa datum* l, *etiam ut præſtet Mercedem pro uſu rei debitam.* m

k *l.* 48 §. 1. *ff. h. t. l.* 25. *Cod. eod.*
l §. *pen. h. Nunt. Camp. Stab.*
m *l.* 2. & 17. *C. h. t.*

Actio

Actio Conducti *eſt, actio perſonalis, bonæ fidei, quæ datur conductori, adverſus locatorem, ut ipſi præſtet liberum uſum rei uſque ad tempus conventum, aut alioquin ſuum intereſſe* n, *item ut damnum vitio rei datum reſarciat* o, *ædes reficiat* p, *penſionem remittat ob rei interitum, vel magnum damnum* q, *item neceſſarias ac utiles impenſas reſtituat, quas in re conducta fecit.* r

n *l.* 6. *pr. l.* 24. §. 4. *ff. h. t.*
o *l.* 19. §. 1. *ff. eod.*
p *l.* 15. §. 1. *ff. eod.*
q *l.* 15. §. 1. *ff. eod.*
r *l.* 33. §. 1. *ff. eod.*

Finitur Locatio Conductio 1. mutuo diſſenſu, ſi res ſit integra *s* 2. Elapſo tempore, ad quod vel expreſſe vel tacite erat inita *t* 3. ſi Locatio inita fuerit *quamdiu voluerit Locator*, morte ejus finitur *v*, alias Mors locationem Conductionem non ſolvit. *x*

s §. *fin. I. quis mod. toll. obl.*
t *arg. l.* 13. *in fin.* & *l. ſeqq. ff. h. t.*
v *l.* 4. *ff. h. t.*
x §. *fin. I. h. t.*

Cum prædictis contractibus magnam affinitatem habet contractus Emphiteuſeos.

Emphiteuſis *eſt contractus Juris Gentium, bonæ fidei, conſenſu conſtans* y, *quo dominus prædii ſui uſumfructum pleniſſimum, & quaſi dominium concedit alteri, ſub lege meliorationis, & præſtationis annui Canonis.* z

y *arg.* §. 3. *h tit.*
z *ibid l.* 2. & 3. *C. de jure emphit.*

Canon eſt modica penſio, quam emphiteuta præſtat in recognitionem dominii directi.

Emphiteuſis eſt duplex, Eccleſiaſtica & Profana.

Ec

Eccleſiaſtica eſt, quæ in rebus Eccleſiaſticis conſtituitur.

Profana, quæ & *Civilis* & *ſecularis* dicitur, eſt quæ in rebus ſecularibus, ſive publicis, ſive privatis conſtituitur.

Item eſt vel perpetua, vel temporalis.

Perpetua eſt, quæ perpetuo nobis & heredibus noſtris conſtituta eſt.

Temporalis, quæ ad certum tempus, non modicum tamen, conceſſa eſt.

Ex Contractu Emphiteutico oritur Actio Emphiteuticaria, quæ eſt *Actio perſonalis, bonæ fidei, competens ab utraque parte, & Domino Emphiteuſios, & Emphiteutæ, ad Conſequendum id, quod ex pacto vel ex natura contractus præſtandum eſt.*

Cæterum Emphiteuſis non tantum per Contractum conſtitui poteſt, ſed & 2. per Teſtamentum * 3. Præſcriptione longi temporis. † 4. Succeſſione ab inteſtato quoque ad hæredes ſive maſculos ſive fæminas tranſit. *a*

Amittitur Euphiteuſis 1. ſi non ſolutus fuerit canon intra biennium in Emphiteuſi Eccleſiaſtica *b*, intra triennium in Profana *c*. 2. Si emphiteuta inconſulto domino rem vendiderit *d*. 3. Si emphiteuta dolo, lata, vel levi culpa emphiteuſin fecerit deteriorem *e*. 4. Interitu

* *ar.* §. 1. *inſt. de uſufr.*
† *arg. l. ult. in fin. Cod. de præſcr. long. temp.*
a §. 3. *h.t. l.* 2. *pr. ff. ſi ager. vectig.*
b *Auth. quas res C. de SCtis Eccleſ. Nov.* 7. *cap.* 3.
c *l.* 2. *C. de jure emph.*
d *l.* 3 *C. eod.*
e *d. Auth.*

f §. 3. h. t. in fin. l. 1. Cod. de jure Emph. teritu rei totali *f*. 5. Elapſo tempore, ad quod conceſſa erat *g*. 6. Conſolidatione. *h*

g l. ult. ff. ſi ag. vect.

h arg. §. 3. inſt. de uſuf.

TITULUS XXVI.

De Societate.

D. 17. T. 2. C. 4. T. 37.

a §. 2. J. de J. N. G. & C.

b l. 52. §. 1. ff. pro ſocio.

c §. 2. h. t.

d l. 53. l. 57. ff. h. t.

SOcietas *eſt contractus Juris Gentium* a, *nominatus*, *bonæ fidei* b, *conſenſu conſtans*, *quo rei vel operæ* c, *honeſtæ* d, *communio contrahitur*, *ad participandum lucrum & damnum.*

Societas eſt vel publica, vel privata.

Publica eſt ſocietas Vectigalium, Metallorum &c. *e*

e l. 3. C. h. tit. l. 13. pr. ff. de Publican.

Privata eſt vel Univerſalis, vel Particularis.

Univerſalis eſt ſocietas omnium bonorum. *f*

f pr. h t. l. 5. ff. eod.

Eaque vel ſimpliciter contrahitur, vel ſpecialiter.

Simpliciter, cum nulla ſit mentio rerum, vel negotiationis, quo caſu tantum communicantur ea, quæ ex quæſtu quotidiano proveniunt. *g*

g l. 7. & ſeqq. ff. h. tit.

Specialiter, cum omnium bonorum præſentium & futurorum ſocietas contrahitur.

Hoc caſu in ſocietatem & communi-

ionem veniunt omnia, quæ ab uno ex ociis acquiruntur, etiam hereditates, leata, vel etiam utrimque errogantur. *h* h *l.* 73. *pr.* & §. 1. *h. t.*

Particularis ſocietas eſt hujus, aut illus Rei, vel Negotiationis, in qua ıntum communicantur ea, quæ ex naıra illius rei, vel negotiationis proveiunt. *i* i *d. pr. h. t. l.* 52. §. 5. & 6. *ff. eod.*

Societas contrahitur vel Pure, vel ıb Conditione *k*, vel ex certo tempore, el ad Certum tempus, item in Perpeuum, id eſt, dum ſocii vivunt *l*. k *l. pen. Cod. h. tit.* l *l.* 1. *ff. eod.*

Circa communionem lucri & damni res obſervari poſſunt regulæ.

1. Si nihil de partibus lucri & damni onvenit, ęquales ſunt, habita ratioe collationis. *m* m §. 1. *h. t. l.* 6. *ff. eod.*

2. Si partes à contrahentibus expreſe ſunt, illæ ſervari debent *n*, ſive inquales partes conſtituantur in collaone æquali *o*, ſive æquales in collaone inæquali modo conventio non ıciat Societatem Leoninam *p*, per uam unus ſolus habet lucrum, alter olus habet damnum. n *d.* §. 1. o *arg. l.* 46. *ff. de pactis.* p *l.* 29. §. 2. *ff. eod.*

Quando autem partes lucri & dami inæquales ſunt, lucrum aut damum ſeparatim conſiderari non debet, d compenſatione facta, videndum quid ıpereſt. *q* q *d.* §. 2. *l.* 30. *ff. h. t.*

3. Si partes uno in caſu tantum ſunt expreſſæ, vel in ſolo lucro, vel in ſolo damno, hoc caſu in parte omiſſa eædem partes repetitæ cenſentur. *r*

r §. 3. J. h. t. & arg. l 10. ff. de R. J.

Ex ſocietate oritur Actio pro Socio *s*, *quæ eſt utrimque directa**, *perſonalis*, *generalis* t, *bonæ fidei* v, *famoſa* x, *quæ datur Socio adverſus Socium*, *ad Præſtationes perſonales.*

s §. fin. h. t. * §. 2. J. de pœn. tem. lit. t l. 38. ff. h. t. v §. 28. I. de Act. x d. §. 2.

Perſonales præſtationes præcipuè in tribus conſiſtunt, 1. ut Lucrum communicetur æqualiter *y*, ſi aliter non fuerit conventum: 2. ut Impenſæ ab uno factę pro rato reſtituantur z; 3. ut ſarciatur damnum ab uno Lata, vel Levi culpa datum. †

y l. 73. §. 4. ff. h. tit. z l. 38. §. 1. ff. l. 32. §. 15. ff. h. t. † §. fin. h. tit. l. 72. ff. eod.

Solvitur ſocietas 1°. contrario conſenſu, non tantum omnium Sociorum *a*, ſed etiam Renunciatione unius, tempeſtive, & bona fide facta. *b*

a l. 5. C. h. t. b §. 4. h. t. l. 65. §. 3. ff. eod.

Si Injurioſa ſit renunciatio, Socii quibus talis renunciatio facta eſt, liberantur à renunciante, ſed hic ab illis liber non eſt. *c*

c dd. ll.

Nihil refert, an expreſſa ſit renunciatio, an tacita. *d*

d l. 63. §. fin. & ll. ſeqq. ff. h. t.

Secundo diſſolvitur ſocietas Morte non tantum plurium, ſed & unus ſocii *e*; niſi convenerit, ut inter ſuperſtites ſocietas continuaretur. *f*

e §. 5. h. t. f ibid. l. 65. §. 9. ff. eod.

He-

Heres igitur non tantum non ſuccedit in ſocietatem *g*, ſed nec ex Conventione prævia ſuccedere poteſt *h*: Excipitur tamen ſocietas vectigalium. *i*

g *d. §. 5. l. 65. ff. 11. h. t.*
h *l. 35. l. 59. ff. eod.*
i *l. 59. l. 63. §. 8. ff. eod.*

3. Finitur Societas finito negotio, vel rei interitu. *k*

k *§. 6. h. tit. l. 65. §. 10. ff. eod.*

4. Maxima, & media capitis deminutione. *l*

l *ibid. l. 63. ff. 10. ff. eod.*

5. Publicatione omnium bonorum. *m*

m *§. 7. t. l. 65. §. 10. ff. eod.*

6. Ceſſione bonorum, niſi ſocii de novo conſenſerint. *n*

n *§. 8. h. t.*

TITULUS. XXVII.

De Mandato.
D. 17. T. 1. C. 4. T. 35.

MAndatum *eſt contractus Juris Gentium, bonæ fidei, conſenſu conſtans* a, *quo quis negotium honeſtum* b, *alteri id ſuſcipienti, gratis* c, *gerendum committit.*

a *l. 1. ff. h. t.*
b *§. 7. h. t. l. 6. §. 3. ff. eod.*
c *§. ult. h. tit. l. 1. §. ult. ff. eod.*

Mandatum eſt vel *Univerſale* omnium bonorum, vel *Particulare* hujus aut illius rei *d*, Hoc eſt vel *Judiciale*, quod habet Procurator ad litem, vel *Extrajudiciale*, quod habet Procurator ad negotia. *f*

d *l. 1. §. 1. l. 58. & ſeqq. ff. de procurat.*

Præterea eſt vel *Expreſſum*, quod fit con-

conſenſu expreſſo verbis nuncio vel literis declarato *e*, vel *Tacitum*, quod ex Actis colligitur *f*. Inſuper mandatum vel mandantis gratiâ tantum contrahitur, vel mandantis & mandatarii, vel etiam alienâ gratiâ tantum, aut mandantis & aliena, vel mandatarii & aliena. *g*

Si Mandatarii gratia tantum mandatum detur; tunc magis Conſilium eſt, quam mandatum, & ob id non Obligatorium *h*, niſi ſit fraudulentum *i*, aut conſulens fidem interponat Expreſſe, vel tacite. *k*

Denique mandatum vel *Purum* eſt, vel *in Diem*, vel *ſub Conditione* contractum. *l*

Verſatur mandatum circa negotia Honeſta *m*, Turpe mandatum contrahentes inter ſe non obligat, licet uterque propterea parti læſæ, vel Reip. ex delicto teneatur. *n*

Ad formam mandati petinet, quod *Gratuitum* ſit *o*; ſi enim Merces interveniat, Locatio Conductio eſt *p*, ſi aliud quid pro opera detur, in contractum innominatum incidit Conventio. *q*

Salarium tamen, vel honorarium mandatum admittere poteſt. *r*

Ex mandato oritur duplex actio,

Di-

e *l.* 1. §. 1. *l.* 12. §. 12. *h. t.*
f *l.* 6. §. 2. *ff. h. t.*
g *pr.* & §§. *ſeqq. h. t.*
h §. 6. *I. h. t.* *l.* 2. §. *fin. ff. eod.*
i *l.* 47. *ff. de R. J. l.* 8. & 9. *ff. de Dolo.*
k *d.* §. 6. *in fin. l.* 32. *pr. ff. h. t.*
l §. *pen I. h. t. l.* 1. §. 3. *ff. eod.*
m §. 7. *I. h. t. l.* 6. §. 3. *l.* 12. §. 11. *ff. eod.*
n *l.* 11. §. 3. *ff. de injuriis l.* 15. *ff. ad leg. Corde ſic.*
o §. *fin. I. h. t. l.* 1 §. *fin h. t.*
p *d.* §. *fin.*
q §. 1. *I. locat. Cond.*
r *l.* 6. *ff. h. t.*

Directa & Contraria.

Actio Mandati Directa *eſt actio perſonalis, bonæ fidei, famoſa, quæ datur mandanti, adverſus mandatarium, ut exſequatur mandatum ſecundum formam præſcriptam* ſ, *item ut reſtituat omne id, quod per occaſionem mandati conſecutus eſt* t, *denique ut præſtet omnem culpam, etiam leviſſimam.* v.

ſ §. 8. *h. t. l.* 5. *pr. ff. eod.*
t *l.* 8. *in fin. ff. eod.*
v *l.* 13. *&* 21. *C. h. t.*

Actio Mandati Contraria *eſt actio perſonalis, bonæ fidei, quæ datur mandatario, adverſus mandantem, ut reſtituat impenſas, bona fide in rem mandatarii factas* x; *in genere, ut indemnis ſervetur.* y

x *l.* 96. §. *ult. ff. h. t.*
y *l.* 22. §. 9. *ff. eod.*

Quid ſi Mandatarius exceſſerit fines mandati, eatenus, quatenus exceſſit, nullam actionem habet. *z*

z §. 8. *h. t. l.* 5. *pr. ff. h. t.*

Solvitur mandatum.

1. Morte tum Mandantis, tum Mandatarii *a*, niſi mandatarius mandantis mortem ignorans, mandatum exſecutus fuerit. *b*

a §. 10. *h. t. l.* 26. *pr. ff. eod.*
b *dd. ll.*

2. Revocatione mandantis tempeſtive facta. *c*

c §. 4. *h. t.*

3. Renunciatione mandatarii, etiam tempeſtive, & re integra facta. *d*

d §. 11. *h. t. l.* 22. §. *ult & ll. ſeqq. ff. eod.*

TITULUS. XXVIII.

De Obligationibus, quæ quaſi ex Contractu naſcuntur.

QUaſi contractus *eſt factum aliquod, vel negotium, obligationem & actionem producens, ex conſenſu duorum pluriumve præſumto, ſeu ficto.*

Hujus ſpecies hoc titulo enumerantur ſex.

Negotiorum geſtio, Tutelæ adminiſtratio, Rei communio, Hereditatis communio, Aditio hereditatis, & Indebiti ſolutio.

Negotiorum geſtio *eſt quaſi contractus, quo quis abſentis, & ignorantis negotia gerit ſine mandato* a

a §. 1. *h. t.*

Inde oritur duplex actio, directa, & contraria. *b*

b *ib.*

Actio Negotiorum Geſtorum Directa eſt *actio perſonalis, bonæ fidei, quæ datur domino, cujus negotia geſta ſunt* c, *eique cujus intereſt* d, *adverſus negotiorum geſtorem, ut reddat rationes iſtorum, quæ geſſit* c; *item ut reſtituat omne id, quod occaſione geſtionis ad eum pervenit.* f

c *l.* 2. *ff. de Negot geſt.*
d *l.* 47. *pr. ff. h. t.*
e *t* § 1.
f *l.* 8. §. 1. *ff. eod. d. tit.*

Veniunt autem in hunc contractum dolus, & omnis culpa, etiam leviſſima. *g*

g §. 1. *h. t. l. l.* 24. *C. de Uſur.*

Con-

Contraria actio Negotiorum Geſtorum, *eſt actio perſonalis, bonæ fidei, quæ datur negotiorum geſtori* h, *adverſus eum, cujus negotia geſſit, ad id, ut reſtituat ipſi impenſas neceſſarias, & utiles in rem ejus factas, & in genere, ut ſervetur indemnis.* i

h *d.* §. 1.

i *l.* 24. 25. *ff. de neg. geſt. l.* 10. *Cod eod.*

Ut hæc Actio Inſtitui poſſit imprimis requiritur, ut *Utiliter* Negotium geſtum ſit, licet forte optato caruerit ſucceſſu. *k*

k *d.* §. 1. & *l.* 10. §. 1 *ff. de Neg. geſt.*

Ei autem, qui invito Domino quid geſſit, Actio hæc non competit. *l*

l *l. fin. C. h. t.*

Tutelæ adminiſtratio *eſt quaſi contractus, quo tutor obligatur Pupillo, & is invicem tutori.* m

m §. 2. *h. t.*

Hinc naſcitur duplex actio, directa, & contraria.

Actio Tutelæ Directa *eſt actiò perſonalis, quæ finita tutela* n *datur pupillo, adverſus tutorem, ut reddat rationem adminiſtrationis ſuæ* o, *& reſtituat, quidquid ex adminiſtratione apud ipſum reſidet* p.

n *l.* 9. §. 4. *ff. de tutel. & rat. diſtr.*

o § *ult. Inſt. d. Actil. tut. l.* 1. §. 3. *ff. d. t.*

p *l.* 9. *C. arbitr. tutel.*

Præſtat autem tutor dolum, latam, & levem culpam. *q*

q *l.* 7. *Cod. eod. l.* 23. *ff. de R. Jur.*

Actio Tutelæ Contraria *eſt actio perſonalis, quæ finitâ tutelâ datur* r *Tutori, adverſus pupillum ad id, ut reſtituat impenſas in rem pupilli factas* s, *in genere, ut ſervetur indemnis.*

r *l.* 1. §. 3. *ff. de contr. tutel. & util. act.*

s *d. l.* 1. §. 4. & 5.

Ad

Ad exemplum harum Actionum datur etiam Utilis Curationis cauſa actio, competens ab utraque parte & minori contra Curatorem, & huic viciſſim contra illum. *

Rei Communio *eſt quaſi contractus, quo duo pluresve in ſocietatem rei ſingularis incidunt citra conſenſum*, veluti ſi duobus eadem res donata, vel legata ſit. *t*

Ex hoc negotio, ſicut etiam ex quacunque alia communione oritur Actio communi dividundo, *quæ eſt actio perſonalis, competens ſocio, adverſus ſocium ad id, ut res communis dividatur* v, *& ut præſtentur præſtationes perſonales.* x,

Hereditatis Communio *eſt quaſi contractus inter duos pluresve heredes, inter quos res hereditariæ, ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato communes ſunt.* y

Inde naſcitur Actio Familiæ Erciſcundæ, *ſeu* Hereditatis Dividendæ, *quæ eſt actio perſonalis bonæ fidei, quæ datur Heredi, adverſus Coheredem* z, *ad diviſionem rerum hereditariarum, & præſtationes perſonales.* a

Aditio hereditatis *eſt quaſi contractus, quo heres adeundo hereditatem obligatur Legatariis & Fideicommiſſariis, ad præſtanda legata & fideicommiſſa.* b

Inde oritur Actio ex Teſtamento, *qua*

* *l.* 4. §. *ult. ff. de tutel. & rat. diſtr. l.* 1. §. 2. *ff. de contr. tutel. & util. act.*
t §. 3. *h. t.*
v *d.* §. *d.*
x *l.* 3. *pr. ff. com. divid.*
y §. 4. *h. t. l.* 2. *pr. ff. fam. erciſc.*
z *l.* 1. *pr. ff. eod.*
a *l.* 22. §. *pen. ff. eod. l.* 5. §. 2. *ff. de obl. & Act.*
b §. 5. *h. t.*

quæ eſt actio perſonalis, quæ datur legatariis, & fideicommiſſariis, adverſus heredem, ut præſtet ipſis legata, & fideicommiſſa in teſtamento relicta. c Hæc actio non pertinet ad Creditores, quibus Heres non ex quaſi contractu, ſed ex vero contractu, quo defunctus tenebatur, obligatus eſt. *d*

d *arg. Nov.* 48. *in præf.*

Indebiti ſolutio eſt quaſi contractus, unde oritur Condictio indebiti: vide ſupra pag. 112.

Ceſſat condictio indebiti in iis cauſis, in quibus *Inficiando lis creſcit in duplum* e, id eſt, in quibus Reus, qui confitetur ſe debere, condemnatur in ſimplum, qui negat & convincitur, in duplum *f*; ratio eſt, quod his caſibus non tam indebitum quis ſolvere, quam de dubio litis eventu tranſigere videtur; quod autem Tranſactionis cauſâ datum eſt, repeti nequit. *g*

e §. *fin. h. t.*

f *d.* §. *fin.*

g *l.* 65. §. 1. *ff. de Cond. indeb.*

Accidit autem illud in lege Aquilia, in Legato ad Pias cauſas, in depoſito Miſerabili, ruinæ, naufragii, incendii, tumultus cauſâ facto. *h*

h *d.* §. *fin.*

TITULUS XXIX.

Per quas perſonas nobis Obligatio acquiritur. *C.* 4. *T.* 27.

ACquiritur nobis obligatio, non ſolum per nos ipſos, ſed etiam per eos, quos habemus in poteſtate, Filiosfamilias, & ſervos *a*, per filios quidem omnes actiones, quæ deſcendunt ex peculio Profectitio *b*, non item quæ ex Caſtrenſi, vel quaſi Caſtrenſi; eas enim acquirunt ſibi *c*. Actionum ex peculio Adventitio ſibi proprietatem, patri uſumfructum acquirunt. *d*

Per ſervos acquiritur nobis indiſtincte, ſive proprii ſint, ſive alieni, quos bona fide poſſidemus *e*, quemadmodum per homines liberos, quos bona fide poſſidemus, ſi quid ex operis ſuis, vel ex re acquirant noſtra *f*; etiam per eos ſervos, quorum uſum, vel uſumfructum habemus, etiam per ſervum communem pro parte dominica; niſi unius juſſu, aut alteri Nominatim ſtipulatus fuerit. *g*

a *pr. h. t.*

b *l.* 9. *ff. de obl. & act.*

c *l.* 4. §. 1. *ff. de de caſtr. pecul.*

d *d. pr. in fin. l. ult.* §. 3. *C. de bon. quæ lib.*

e §. 1. *h. t.*

f §. 2. *h. t.*

g §. *ult. h. t.*

Ti-

TITULUS XXX.

Quibus modis tollitur Obligatio.

OMnis obligatio tollitur, vel ipſo jure, vel ope exceptionis.

Ipſo jure, cum tota obligatio extinguitur ratione ſubſtantiæ.

Per exceptionem, cum manente ſubſtantia, effectus obligationis impeditur: de exceptionibus infra Tit. 13. Lib. ſeq.

Plures ſunt modi, quibus ipſo jure tollitur obligatio: hoc titulo referuntur tantum quatuor, Solutio, Acceptilatio, Novatio, & Contrarius Conſenſus.

Solutionis vocabulum vel *Generaliter* ſumitur, pro omni liberatione à nexu obligationis *a*, vel *Specialiter*, ut hoc tit. & tunc ita definitur.

Solutio *eſt naturalis præſtatio ejus quod debetur*. b

Solutionis requiſita ſunt. 1. Ut ſolvatur idem id, quod debetur: Invito enim Creditori aliud pro alio ſolvi non poteſt *c*. 2. Ut ſolvatur ipſi creditori, aut ei, cui mandavit *d*. 3. Ut totum debitum ſimul & ſemel ſolvatur *e*. 4. Ut fiat idoneo loco, & tempore. *f*

a *pr. inſt. de obl. l.* 176. *ff. de V. S.*

b *l.* 49. *ff. de ſolut.*

c *pr. h. t. l.* 2. §. 1. *ff. de Reb. Cred.*

d §. 4. *inſt. de inutil. ſtipul. l.* 12. *ff. de ſolut.*

e *l.* 4. *C. eod. l.* 41. §. 1. *ff. de uſur.*

f *l. pen. ff. de eo. quod. certo loco l.* 39. *ff. de ſolut.*

Solvere poteſt vel debitor ipſe, vel ejus fidejuſſor, vel etiam alius non tantum volente eo vel ſciente; ſed etiam ignorante, imo & invito eo. Sive autem debitor, ſive fidejuſſor, ſive *g* alius ſolverit, & principalis & fidejuſſoria obligatio ſolvitur *h*, ſicut & aliæ Acceſſiones obligationum tolluntur. *i*

g *pr. h. t. l.* 53. *ff. de ſolut.*

h *d. pr.*

i *l.* 43. *ff. h. t. l.* 178. *ff. de Reg. Jur.*

Acceptilatio *eſt Stipulatio, quâ creditor animo diſſolvendæ obligationis, debitori interroganti reſpondet ſe debitum accepiſſe, quod revera non accepit.* k

k §. 1. *h. t. l.* 1. *ff. de Accept.*

Acceptilatio eſt duplex, vel *ſimplex*, vel *Aquiliana*. Simplex *acceptilatio eſt, qua tollitur tantum obligatio verbis contracta.* l

l *d.* §. 1. *l.* 8. §. 3. *ff. de Acceptilat.*

Aquiliana ſtipulatio, (ita dicta ab autore Gallo Aquilio) *eſt per quam tollitur omnis obligatio, prius tamen in verborum obligationem deducta.* m

m §. 2. *h. t. l.* 18. §. 1. *ff. de Acceptil.*

Ejus formula extat in ipſo textu.

Quid ſi alia obligatio ſimpliciter accepto lata ſit, reus non quidem *ipſo jure*, ſed tamen *ope exceptionis* tutus eſt. *n*

n *l.* 8. *l.* 19. *ff. eod.*

Novatio *eſt prioris debiti in aliam obligationem, Civilem vel naturalem transfuſio, atque tranſlatio.* o

o *l.* 1. *ff. de Novat.* §. 3. *h. t.*

Eſtque vel *Voluntaria*, quę fit conventione partium, vel *Neceſſaria*, quæ fit etiam inter invitos, per Litis conteſta-

teſtationem, & ſententiam judicis. *p*
Hæc jus Actoris non minuit *q*.
Novatio porro fit vel manentibus perſonis creditoris & debitoris: vel iis mutatis.

p *l.* 29. *ff. de Novat. l.* 3. §. 11. *ff. de pecul.*

q *d. l.* 29. *l.* 86. *ff. de R. J.*

Manentibus, cum vel cauſa debendi mutatur *r*, vel nova qualitas adjicitur, vel antiqua detrahitur, modo id inter contrahentes actum ſit. *s*

r *l.* 6. *C. ſi certum. pet.*

s §. *ult. h. t. l. ult. Cod. de Novat.*

Mutatio perſonarum fit triplici modo, vel mutatâ perſonâ Creditoris, vel Debitoris (quæ in ſpecie vocatur Delegatio) vel mutata perſona utriuſque.

In Delegatione duplex Actus conſiderari debet, primus inter Delegantem & Delegatum, in quo nudus conſenſus ſufficit, vel ſcriptura, vel nutu, vel quovis alio modo declaratus *t*. Qua in conſideratione definiri poteſt hoc modo.

t *l.* 17. *ff. de Novat.*

Delegatio *eſt mandatum, quo Debitor ſuum Debitorem in locum ſuum Creditori ſuo ſubſtituit.*

Alter actus peragitur inter Delegatum, & eum, cui delegatio facta eſt, in quo ſtipulatio requiritur, & proprie facit Novationem *v*, hoc ſenſu definitur, quod ſit Stipulatio *x*, *quâ debitor delegatus ſtipulanti Creditori, cui delegatus eſt, promittit ſe ſoluturum id debitum, eujus nomine delegatio facta eſt.*

v *l.* 1. *C. de novat.*

x *l.* 11. §. 1. *ff. eod.*

Ad Delegationem igitur concurrere debet Conſenſus Delegantis *y*, item Creditoris, cui delegatio fit *z*, ut & debitoris delegati *a*.

y arg: l. 22. ff. h. t.
z arg. l. 41. §. pen. ff. mandat
a l. 1. C. de Novat.

Contrario Conſenſu diſſolvuntur contractus conſenſu conſtantes, utriuſque quidem contrahentium conſenſu, in Emtione Venditione, Locatione Conductione; unius autem in Societate, & Mandato; modo in omnibus res adhuc ſit integra *b*

b §. ult. h. tit. l. 35. l. 100. l. 153. ff. de R. J.

Præter modos quatuor enumeratos, adhuc alii ſunt, quibus obligatio ipſo jure tollitur. 5. *Confuſione*, quæ eſt Debiti & Crediti, vel Principalis, & Acceſſoriæ obligationis in eandem perſonam concurſus *c*. 6. *Compenſatione* d, (de qua infra ad tit. de Actionibus in fine) 7. *Interitu* Rei ſeu ſpeciei debitæ, ſine culpa debitoris contingente *e*. 8. *Obligatione* & *depoſitione* rei debitæ, quam Creditore accipere recuſat. *f*

c l. 21. ff. de lib. leg. l. 95. §. 2. ff. de ſolut.
d l 4. ff de compenſ. §. 3. Inſt. de Act.
e l. 23. in fin. ff. de Reg. J.
f l. 1. §. ult. ff. de Uſur. l. 9. Cod. de ſolut.

Finis Libri Tertii.

INSTITUTIONUM LIBER QUARTUS.

TITULUS I.

DE

Obligationibus, quæ ex Delicto naſcuntur.

DElictum *eſt factum commiſſum, quo aliquis ex ſcientia, contra jus nocetur.*

Factum dicitur ad excludendam nudam cogitationem, cujus pæna nulla eſt. *a*

Eſtque vel privatum, vel publicum.

Publicum delictum, (quod proprie vocatur *Crimen,*) *eſt quod cuilibet accuſare licet, ex legibus publicorum judiciorum,* de hoc infra tit. ult.

Privatum delictum, (quod proprie dicitur *Maleficium,*) *eſt quod illi tantum accuſant, quorum privatim intereſt, & in quo pæna applicatur actori.* b

Ex privato delicto vel *Civiliter* agitur, vel, *Criminaliter.* c

Civiliter, quando agitur ad proprium commodum. *Cri-*

a *l.* 18 *ff. de pænis l.* 2. §.9. *ff. de furtis.*

b *l.* 7. §. 1. *ff. de injur.* §. 10. *inſt. eod.*

c *l. ult. ff. de privat. del. l. ult. ff. de furtis.*

Criminaliter, quando agitur ad pœnam corporalem, vel etiam pecuniariam, fiſco applicandam. *d*

d §. 10. *inſt. de injur.*

Privatum delictum eſt vel *Ordinarium* vel *Extraordinarium.*

Ordinarium, *cujus pœna certa eſt, & definita.*

Extraordinarium, *cujus pœna certa non eſt definita, ſed relinquitur arbitrio judicis.* e

e *d. l. ult. ff. de priv. del*

Ordinaria delicta privata ſunt quatuor, Furtum, Rapina, Damnum, & Injuria.

Furtum *eſt contrectatio fraudulosa, lucri faciendi gratiâ, vel ipſius rei, vel etiam uſus ejus, poſſeſſioniſve, quod lege naturali prohibitum eſt admittere* f,

f *d.* §. 1. *h. t. l.* 1. §. *ult. ff. eod.*

Contrectatio eſt ablatio, ſeu de loco in locum motio. *g*

g *arg. l.* 3. §. 18. *ff. de Acq. & Amit. poſſ.*

Fraudulosa dicitur, quia furtum ſine affectu furandi, non committitur. *h* unde furtum non eſt, ſi Amotio fiat ſciente domino. *i*

h §. 7. *h. tit.*

i *d.* §. 7. *l.* 46. §. 7. & 8. *ff. de furt.*

Lucri faciendi gratia, qui enim in Amotione alium finem habet, aliud crimen committit. *k*

k *l.* 39. §. 53. *ff. de furt. l.* 41. §. *ult. ff. ad l. Aquil.*

Res ipſa, quæ furto auferri poteſt, debet eſſe aliena *l*, corporalis, & mobilis. *m*

l *l.* 2. §. 22. *ff. de vi. bon. rapt.*

m §. 2. *I. de Uſucap.*

Liberorum hominum proprie furtum

tum non ſit, attamen patri datur actio furti de filio ſurrepto, ob interverſam utilitatem. *n*

n §. 11. *h. t.*

Uſus furtum committit Dominus ſurripiens rem commodatam à commodatario; depoſitarius utens re depoſita, creditor utens pignore, item commodatarius alter utens re commodata, quam conceſſum eſt *o*, item ſi fullo, aut ſarcinator utantur veſtimentis, quę polienda, vel ſarcienda acceperunt. *p*

o §. 6. *h. t. l.* 40. *l.* 54. *ff. de furtis.*

p *l.* 82. *pr. ff. eod.*

Poſſeſſionis furtum facit Debitor, auferendo pignus à Creditore. *q*

q §. 10. *h. t. l.* 12. §. *ult. ff. de furtis.*

Furtum eſt duplex *manifeſtum*, & *nec manifeſtum*. r

r *l.* 2. *ff. de furtis.*

Furtum manifeſtum *eſt cum fur deprehenditur in ipſo furto, vel antequam rem furtivam eo detulit, quo iſto die deferre deſtinaverat.* s

Nec manifeſtum furtum *eſt, quando ita non deprehenditur.*

s §. 3. *h. t. l.* 3. *& ſeqq. ff. d t.*

Pœna furti manifeſti eſt quadruplum, nec manifeſti duplum *t*.

t §. 5. *h. t.*

Ex furto oritur Actio Furti, quæ eſt *actio, pœnalis* v, *quæ datur dominis, omnibuſque iis, quorum inter eſt* x, *ex cauſa honeſta, adverſus* y *furem manifeſtum in quadruplum, nec manifeſtum in duplum.*

v §. *ult. h. t.* §. 18. *Inſt. de act.*

x §. 13. *h. t. l.* 10. *ff. de furtis.*

y *l.* 11. *ff. eod.*

Ut ſpecialius intelligatur, quibus

detur actio furti, ſciendum eſt eam 1. competere Domino, ſi ejus interſit. z

2. Illi, qui culpam Levem in re præſtare debet, qualis eſt Creditor in pignore *a*, Fullo & Sarcinator, qui pro certa mercede poliendâ, & ſarcienda veſtimenta acceperunt. *b*

3. Illi, qui culpam Leviſſimam præſtare debet, qualis eſt Commodatarius, ſic tamen ut domino teneatur offerre electionem. *c*

4. Si is, qui de levi culpa tenetur, non ſit ſolvendo, furti actio domino competit. *d*

Non datur actio furti illi, qui de Lata culpa tantum tenetur, qualis eſt depoſitarius. *e*

Furti tenentur, puberes, & impuberes, modo doli capaces ſint *f*, nec tantum, qui ipſe fecit furtum, ſed & is, cujus Ope, vel Conſilio furtum factum eſt *g*; item qui fures recipit, tenetur. *h*

Patri tamen contra filium, Domino contra ſervum furti actio dari nequit. *i*

Cum actione furti concurrit Condictio furtiva *quæ eſt actio perſonalis Rei perſecutoria* k, *quæ datur ſoli domino rei furtivæ* l, *ejuſque heredibus* m, *adverſus furem* n, *ejuſque heredes* o, *ut rem furtivam reſtituant cum omni acceſſio*-*ne*

z §. 13. *h. t.*
a §. 14. *h. t.* & *l.* 12. §. *ult. ff. de furtis.*
b §. 15. *h. t. l.* 12. *pr.* & *l:* 90. *ff. de furt.*
c §. 16. *h. t. l. ult. C. de furt.*
d *d.* §. 14. *eod. l.* 1. *pr.*
e §. 17. *ff. h. t. l.* 23. *pr. ff. de furt.*
f §. 18. *h. t.*
g §. 11. *inſt. h. t. l.* 53. §. 1. *ff. de V. S.*
h *l.* 1. *ff. de receptat.*
i §. 12. *h. t. l.* 17. *l.* 61: *pr. ff. de furt.*
k *l.* 7. §. 2. *ff. de Cond. furt.*
l *l.* 1. *ff. de Cond. furt.*
m *l.* 11. *ff. eod.*
n §. *ult. h. t. l.* 5. *ff. d. tit.*
o *l.* 5. *l.* 7. §. 2. *ff. eod.*

re p. Datur hæc condictio adverſus Heredes furis, licet nihil ad eos pervenerit *q*, licet enim ex delicto ſit, tamen rei perſecutionem continet. *r*

Præterea domino rei furtivæ datur Rei *Vindicatio*, quæ eſt actio in rem, quâ rem furtivam repetit à quocunque poſſeſſore. *s*

p *l.* 8. §. 2. *ff. d. t.*
q *d.* §. *ult. l.* 9. *ff. d. t.*
r *l.* 7. §. 1. *ff. de Cond. furt.*
s *d.* §. *ult. l.* 25. *pr. ff. de*

TITULUS II.

De Vi Bonorum Raptorum.
D. 47 *T.* 8. *C.* 9. *T.* 33.

RApina *eſt violenta rei mobilis ablatio, dolo malo facta, animo lucri faciendi.* a

Rei mobilis, ſicuti furtum non eſt rerum immobilium, ita nec Rapina, *b*, illæ proprie dicuntur *invadi. c*

Raptor conveniri poteſt, vel *Criminaliter* ex lege Julia de vi publica, & privata *d*; vel *Civiliter* Actione vi Bonorum Raptorum. *e*

Actio vi bonorum raptorum, *eſt actio perſonalis*, *Prætoria* f, *partim rei*, *partim pœnæ perſecutoria* g, *quæ datur iis, quorum intereſt* (ut in definitione furti dictum) *adverſus Raptorem, in quadruplum intra annum, in ſimplum poſt annum.* h

Partim rei partim pœnæ perſecutoria.

a *pr. h. t. l.* 1. & 2. *C.* & 2.
b *d. l.* 1. *eod. C. eod.*
c *l.* 7. *l.* 9. *C. unde vi.*
d §. 8. *inſt. de publ. jud.*
e *pr. h. t.*
f *d. pr. l.* 2. *pr. ff. eod.*
g *d. pr.*
h *dd. ll.* & §. *ult. h. t.*

Qua-

Quadruplum enim totum pœna non eſt, ſed quadruplo ineſt Rei perſecutio. *i*

i *d. pr.*

Hac actione non tenetur Dominus, qui rem ſuam, propria autoritate, à poſſeſſoribus per vim eripuit, ex errore hoc ſibi licere putans *k*; quemadmodum nec Creditor debitori vim faciens ad extorquendum debitum, nec is qui vi eripuit rem alienam putans eſſe ſuam: attamen quia res eſt mali exempli, *l*, non omnino impune hoc faciunt; nam Dominus amittit rei ſuæ dominium; qui rem alienam abſtulit, una cum ipſa re æſtimationem reſtituere cogitur *m*, Creditor autem jus crediti perdit. *n*

k §. 1. *h. t. l.* 2. §. *ult. h. t.*

l *l.* 176. *ff. de R. J.*

m §. 1. *h. t. l.* 7. *C. unde vi.*

n *l.* 13. *ff. quod met. cauſ.*

TITULUS III.

De Lege Aquilia.
D. 9. T. 2. C. 3. T. 35.

DAmnum in genere *eſt omnis patrimonii noſtri deminutio. a*

a *l.* 3. *ff. de dam. inf.*

Hoc titulo *ſtrictius* accipitur, quando extra animum furandi, in re aliena damnum injuria datum eſt, ſine lucro ejus, qui damnum dedit.

Injuriæ vox ſumitur pro dolo & omni culpa, etiam leviſſima *b*, Ut culpæ hoc caſu etiam annumeretur Imperitia *c*, Infirmitas *d*; & Atrocitas. *e*

b §. 2. *h. t. l.* 44. *pr. ff. eod.*

c §. 7. *h. t. l.* 132. *ff. de R. Jur.*

d §. 8. *h. t. l.* 8. §. 1. *ff. eod.*

e *l.* 5. §. *ult.* & *l.* 6. *ff. eod.*

Dam-

Damnum injuria datum vindicatur lege Aquilia, quæ proprie eſt Plebiſcitum. *f* f §. 15. *h. t.*

Excipitur 1. damnum, ſeu cædes perpetrata ab iis, in quos injuria non cadit, ut ſunt Infantes & furioſi. *g* g *l.* 5. §. 2. *ff. h. t.*

2. Damnum, ſeu homicidium neceſſarium ad defendendam vitam, vel pudicitiam perpetratum. *h* h §. 2. *h. t. l.* 4. *l.* 30. *l.* 41. §. 1. *ff. h. t.*

3. Damnum caſu, non culpa alterius contingens. *i* i §. 3. *h. t.* & *ſeqq.*

Legis Aquiliæ tria olim fuerunt capita, ſed ſecundum in uſu eſſe deſiit. *k* k §. 12. *h. tit. l.* 27. §. 4. *ff. eod.*

Primo capite cautum, *ut is, qui ſervum alienum, vel quadrupedem, quæ pecudum numero eſt, injuria occiderit, tantum domino dare damnetur, quanti ea res valuit intra annum, retrorſum computandum. l* l *pr. h. t. l.* 2. *pr. ff. eod.*

Quadrupedes, quæ pecudum numero ſunt, referuntur in textu, quibus addi debent *Elephanti* & *Cameli*. *m* m *l.* 2. §. 2. *ff. h. t.*

Non ſolum peremti Corporis ratio habetur, ſed inſuper omnis damni, quod ea occaſione datum eſt, omnisque intereſſe. *n* n §. 10. *I. h. t. l.* 23. *pr.* & §. 2. *ff. eod.*

Tertio capite *de omni cætero damno cavetur, ac is, qui damnum dedit, tantum domino dare tenetur, quanti ea res valuerit intra triginta dies, retro computandos. o* o §. 13. & *ſeqq. h. t. l.* 27. §. 5. *ff. eod.*

Ori-

Oritur ex hoc damno Actio legis A-quiliæ, *quæ eſt actio perſonalis, partim rei, partim pœnæ perſecutoria p, compe-tens ei, cui damnum injuria datum eſt adverſus eum, qui damnum dedit, ut præ-ſtet, quanti ea res plurimi fuit intra an-num ex primo capite, intra triginta die ex tertio capite.*

p §. 19. *Inſt. de Act.*

Eſt autem actio legis Aquiliæ triplex directa, vel utilis, vel in factum præ-toria q

q §. *fin. h. t.*

Actio directa ex verbis legis compe-tit, quando corpore, & in corpus dam-num datum eſt.

Utilis competit ex mente legis, idqu tribus ex cauſis 1. propter *qualitatem actoris*, ſi is non ſit dominus, ſed uſu-fructuarius, vel uſuarius r, vel etian bonæ fidei poſſeſſor. s

r *l.* 11. §. *ult. ff. h. t.*

s *d. l.* 11. §. 8. *l.* 17. *ff. eod.*

2. Propter *qualitatem rei*, in qua dam-num datum eſt, ut ſi homo liber ſit vul-neratus. t

t *l.* 13. *pr. ff. eod.*

3. Propter *modum damni dati*, ut ſi quis non corpore ſuo, ſed in corpu damnum dederit, uti exempla in text indicant. v

v §. *fin. h. t. l.* 49. *pr. ff. eod.*

Actio in factum Prætoria, quæ ex ju-riſdictione Prætoris competit, quand damnum quidem datum eſt, ſed ne corpore, nec in corpus; ut ſi quis ſer-vum

'um compeditum ſolverit, iſque a domino aufugiat. *x* x *d.* §. *ult.*

Concurrere poteſt actio legis Aquiliæ cum aliis quoque actionibus, vel Civilibus, uti cum actione commodati *y*, ocati *z*, vel Criminalibus, veluti cum accuſatione ex lege Cornelia de Sicariis. *a*, modo ſervus dolo ſit occiſus. *b*

y *l.* 7. §. 1. *ff. Commod.*
z *l.* 27. *ff. h. t.*
a §. 11. *inſt. h. t. l.* 23. §. 9. *ff. eod.*
b *dd. ll. & l.* 7. *ff. ad l. Corn. de Sicar.*

TITULUS IV.

De Injuriis.

D. 47. *T.* 10. *C.* 9. *T.* 35.

INjuria, alias Contumelia, *eſt delictum, quo alterius dignitas, honor & exiſtimatio per contemtum dolo malo læditur.*

Injuria fit tripliciter *a*. 1. *Re*, cum aliquis verberatur vel pulſatur *b*, aut ſi quis alterius Domum vi introiverit, quæ ſpecies injuriæ vindicatur per Legem Corneliam *c*; vel ſi quis Matremfam. vel prætextatum, Prætextatamve frequenter affectatus fuerit *d*. 2. *Verbis*, cum alicui Convitium datur *e*, vel quod natura probrum eſt, vel contra bonos mores illius civitatis, ubi convitium dicitur *f*. 3. *Scriptura* cum quis ad alicujus infamiam carmen, libellum, vel hiſtoriam ſcribit, edit, aut dolo malo facit, ut ederetur. *g*

a §. 1. *h. t.*
b *l.* 1. §. 1. *ff. h. t.*
c §. 8. *h. t. l.* 5. *pr. ff. h. t.*
d §. 1. *h. t. l.* 15. §. 15. & *seqq. ff. eod.*
e *l.* 1. §. 1. *l.* 15. §. 2. *ff. h. t.*
f *d. l.* 15. §. 5. & 6.
g §. 1. *h. t. l.* 5. §. 6. *ff. eod. l. un. C. de famoſ. libell.*

In-

Injuriarum teneri poſſunt omnes, qui
h *l.* 3. §. 1. *ff. d. t.* ſunt doli capaces *h*, neque ipſi tantum, qui injuriam fecerunt, ſed & illi, quo-
i §. 15. *I. h. t. & l.* 11. *pr. ff. eod.* rum ope & conſilio injuria illata eſt. *i*

Injuriam quis patitur invitus, non con-
k *l.* 1. §. 5. *in fin. ff. h. t.* ſentiens, *k*, nec tantum in ſemet ipſo, ſed etiam in iis, quos Affectu, vel Po-
l *l.* 1. §. 3. *h. t.* teſtate conjunctos habet *l*: prioris ge-
m §. 2. *h. t.* neris ſunt Uxor *m* & Sponſa *n*, poſte-
n *l.* 15. §. 24. *ff. eod.* rioris Liberi & Servi. *o*

o §. 2. *&* 3. *h. t.* Per ſervos tamen non aliter domino fit injuria; quam ſi quid atrocius commiſſum eſt, & quod aperte ad contu-
p §. 3. *h. t.* meliam domini reſpiciat. *p*

Si Libero homini bona fide ſervienti injuria facta ſit, ipſi quidem, non ei cui
q §. 6. *I. h. t. l.* 15. §. 47. *&* 48. *ff. h. t.* ſervit Actio competit. *q*

Pœna injuriæ olim propter membrum ruptum Talio erat, propter os fractum pœna nummaria viginti quinque aſſium conſtituta erat; ſed jure novo pœna eſt
r §. 7. *h. t. l.* 17. §. 2 *ff. eod.* arbitraria. *r*

Gravius vel mitius punitur injuriam inferens, prout levior vel Atrocior fuerit injuria: Hæc æſtimatur, ex cauſa, perſona, loco, tempore, qualitate, quan-
s §. 9. *h. t. l.* 7. §. 7. *& ſeqq. ff. eod.* titate, & eventu *s*

Oritur inde Actio Injuriarum, quæ eſt *actio prætoria*, *pœnalis*, *annalis*, *competens injuriam paſſis*, *adverſus injuriam infe-*

inferentes, ad id, quanti injuria illa æſtimabitur.

Poſterioribus ſeculis introducta eſt *Actio ad Palinodiam*, qua injuriam paſſus petit, ut injuriam inferens eam recantet, ac flexis genubus veniam petat à Deo, judice, & parte læſa.

Quod ſi ex injuria Criminaliter agatur, hoc caſu viris Illuſtribus per procuratores agere permittitur. *s*

Aboletur actio injuriarum, 1. Diſſimulatione *t*, 2. Lapſu unius anni *v*, 3. expreſſa Remiſſione *x*, 4. Morte, ſive injuriantis, ſive injuriati *y*, 5. per Satisfactionem injuriato quoquo modo factam. *z*

s §. 10. *h. t. l. fin. C. eod.*
t §. *ult. h. t. l.* 11. §. 1. *ff. eod.*
v *l.* 5. *C. h. t.*
x *d. l.* 11. §. 1.
y *l.* 13. *pr. l.* 15. §. 14. *ff. h. t.*
z *l.* 17. §. 6. *ff. h. tit.*

TITULUS. V.

De Obligationibus, quæ Quaſi ex Delicto naſcuntur.

Delictum eſt vel verum, vel quaſi delictum.

Verum delictum committitur ex dolo & intentione agentis.

Quaſi delictum eſt *quod ſine dolo, ſeu deſtinatione, ſed culpa tantum committentis, plerumque propter factum alterius committitur.*

Hujus exempla proponuntur quatuor hoc titulo.

Primum quaſi delictum committitur à Judice per imprudentiam male judicante, qui eo ipſo *litem ſuam facere* dicitur. Ejus pœna eſt arbitraria, quantum nimirum religioni judicis ſuperioris æquum videbitur. *a*

Dictum *per Imprudentiam*, ſi enim judex dolo malo inique judicavit, vere delinquit, ac gravius punitur. *b*

Alterum quaſi delictum eſt *Dejectio, vel Effuſio* ex alicujus cubiculo, vel ædibus, propriis, vel Conductis, per quam tranſeuntibus nocitum eſt. *c*

Inde oritur actio de dejectis & effuſis, *quæ eſt actio perſonalis, aliquando pœnalis* d, *aliquando mixta; quæ datur, vel cuivis ex populo* e, *vel homini libero vulnerato, vel ei cui damnum datum eſt dejectione vel effuſione, adverſus habitatorem ædium, ad duplum damni dati, vel ad quinquaginta aureos, ſi homo liber ſit occiſus, vel ad pœnam arbitrariam, ſi homo liber ſit læſus.* f

Poſteriori hoc caſu Judex arbitrari debet impendia Medicis præſtita, & operas, quibus caruit, aut cariturus eſt læſus. *g*

Tertium quaſi delictum eſt, quando quid

a *pr. h. t. l. ult. ff. de extr. cogn.*

b *l. 15. §. 1. ff. de jud. l. fin. & Auth. ſed Nov. C. de pæn. jud.*

c *§. 1. h. t. l. 1. ff. de his qui effud. vel dejec.*

d *d. §. 1. in fin. l. 5. §. 5. ff. eod.*

e *d. l. 5. §. 5.*

f *dd. ll. & l. ult. ff. eod.*

g *§. 1. in fin.*

quid poſitum, vel ſuſpenſum eſt ea par-
te, qua vulgo iter fit, quod ſi caderet
nocere poſſet. *h* g §. 1. *in med.*
Oritur inde actio de eo quod poſitum *l. 5. §. 6. ff. d. tit.*
eſt, aut ſuſpenſum, quæ eſt *actio per-
ſonalis, competens cuivis ex populo* i, *ad-* i *l. 5. §. ult. d. t.*
*verſus eum, qui aliquid poſuit vel ſuſpendit,
aut ſaltem poſitum aut ſuſpenſum patitur* k, k *d. l. 5. §. 10.*
*in ædibus, ea parte, qua vulgo iter fit,
quod ſi caderet nocere poſſet, ut ſolvat pœ-
nam decem aureorum.* l l *dd. ll.*

Ultimum quaſi delictum ſpectat exerci-
tores, quando furtum eſt factum, vel
damnum eſt datum in navi, Caupona, vel
ſtabulo ab iis, quorum opera exercitores
in exercenda navi, Caupona, vel ſtabu-
lo utuntur. *m* m §. *fin. h. t.*
Oritur inde Actio in factum ex edicto *l. un. & §. ſeqq. ff. furti*
Nautæ, Caupones, ſtabularii: *quæ eſt* *adv. naut.*
actio perſonalis, pœnalis, competens ei cui *caup.*
*furtum factum eſt, vel damnum datum,
in navi, caupona, vel ſtabulo, adverſus
excercitorem navis, cauponæ, vel ſtabuli,
in duplum.* n n *d. §. ult. &*
Exercitor eſt, ad quem obventiones *l. un. §. 2. ff. furti adverſ.*
& reditus totius navis perveniunt *o*, bel- *naut. caup.*
gicè **een Reeder.** *ſtab.*
Quid ſi ſervus furtum fecerit, aut dam- o § 2. *inſt. quod cum. eod.*
num dederit, Dominus noxæ deditione *l. 1. §. 15. ff. de exerc. act.*
defungi poteſt *p*. p *l. 7. §. 4. ff. naut. caup. ſtab.*

Si non à miniſtris, ſed à Vectoribus aut viatoribus damnum datum ſit, excercitor non tenetur hac actione, ſed alia, quæ actio *de Receptis* vocatur, quaſi ex contractu orta. *q*

q *l.* 1. §. 6. & *ſeqq. ff. naut. caup. ſtab. l.* 3. §. *pen. ff. eod.*

Actio de receptis eſt *actio prætoria, perſonalis, rei perſecutoria, quæ datur ei, qui res ſuas, vel alienas in navem cauponam vel ſtabulum immiſit, adverſus Excercitorem iſtius navis, cauponæ vel ſtabuli, ut res ſalvas reſtituat, & omne damnum, etiam leviſſima culpa datum, reſarciat.* r

Hæc actio etiam contra heredes competit *r*, quod ſecus eſt in præcedenti Actione *s*.

r *l.* 3. §. 1. *ff. d. t.*
s *l. fin.* §. *fin. ff. eod.* §. *fin. I. h. t.*

TITULUS. VI.

De Actionibus. D. 44. *T.* 7.

Abſolutis duobus juris objectis ſuccedit tertium, N. Actio.

Actio *eſt jus perſequendi in judicio, quod ſibi debetur.* a

Jus nihil aliud eſt quam remedium juris. *b*

Perſequendi in judicio; nemo enim ſibi jus dicere poteſt. *c*

Judicium *eſt legitima cauſæ diſceptatio, ex parte Actoris & Rei, coram judice liti.*

a *pr. h. t. l.* 51. *ff. de obl. & action.*
b *arg.* §. 2. *inſt. de inof. teſt.*
c *l.* 10. *ff. de Juriſd. l.* 176. *ff. de R. J.*

litis finiendæ gratiâ.

Perſonæ principales judicium conſtituentes, ſunt tres Judex, Actor, & Reus.

Quod ſibi: unumquemque enim de ſuo, non de alieno jure agere oportet *d*: niſi per fictionem juris pro una perſona habeatur, ut Tutor, procurator. *e*

Debetur: vocabulum *debendi* interdum ſtricte ſumtum denotat tantum id, quod eſt in obligatione *f*. Sed in hac definitione latius ſumitur, ut comprehendat etiam id, quod noſtrum eſt, adeoque & realem & perſonalem actionem. *g*

d *l. 5. pr. ff. ſi uſufr. pet.*

e *arg. l. 27. ff. de Adm. & per. tut. l. 7. §. 3. ff. pro emtore.*

f *l. 27. §. 2. ff. de auro & arg. leg.*

g *l. 178. §. ult. ff. de V. Sign.*

Prima Actionum Diviſio.

Actiones dividuntur varie.

Primo quidem *in actiones in Rem*, quæ aliter vocantur *Vindicationes*, & *in Perſonam*, quæ aliter dicuntur *Condictiones*. *h*

h §. 1. *&* 15. *h. t.*

Actio in rem competit ei, qui jus aliquod in re habet, adverſus quemcunque ejus rei poſſeſſorem. *i*

Jus in re *eſt facultas homini in rem competens, ſine reſpectu ad certam perſonam.*

i §. 1. *h. t. l. 25. ff. de O. & A.*

Ejus ſpecies ſunt quatuor, Dominium, Servitus, Poſſeſſio, & Pignus. *k*

k *l. 3. §. 12. ff. ad exhib. l. 13. C. de Jud.*

Actio in perſonam *competit creditori, adverſus eum, qui ipſi obligatus eſt ex con-*

tractu, vel ex delicto, aliiſque cauſarum figuris *l.* Cum autem *Jus in re*, & *Obligatio* ſibi invicem opponantur, nulla actio ſimul ex jure in re, & ſimul ex obligatione oritur, adeoque nulla actio origine mixta dici poteſt.

1 *d.* §. 1. *& d. l.* 25.

Secunda actionum diviſio.

Actiones vel *Civiles* ſunt, vel *prætoriæ.* Civilis Actio eſt *quæ ex civilibus & legitimis cauſis deſcendit*: prætoria, *quæ ex Juriſdictione Prætoris naſcitur.* a

a §. 3. *I. h. t. l.* 25. §. *ult. ff. de obl. & act.*

Actiones in rem civiles vel *Univerſales* ſunt, ut querela inofficioſi, & hereditatis petitio, vel *particulares*, eæque vel nomine *Rerum Corporalium* competunt, ut Rei vindicatio, vel *ratione rerum incorporalium*, ut Actio *confeſſoria & negatoria.*

Rei vindicatio eſt *actio in rem, quæ datur ſoli Domino* b, *adverſus quemcunque rei Poſſeſſorem* c, *ut res ipſi reſtituatur cum fructibus.* d

b *l.* 23. *pr. ff. de rei vind.*
c §. 1. *in fin. h. t.*
d *l.* 13 & *ſeqq. ff. eod.*

Requiſita vindicationis ſunt tria 1. ex parte Actoris requiritur, ut ſit Dominus *e*: Utilis actio datur etiam quaſi Dominis, ſeu iſtis, qui utile dominium habent, qualis eſt Creditor, Emphiteuta, Superficiarius, Uſufructuarius, &c. *f*

e *l.* 1. §. 1. *ff. ſi ager. vectig.*
f *l.* 1. §. 1. *ff. ſi ager vect. l.* 73. & *ſeqq. ff. de Rei vind.*

2. Ex parte ejus, qui convenitur, ut poſſideat *g*. Nihil intereſt, utrum ſuo nomine poſſideat, an alieno nomine ſit in poſſeſſione *h*. Idem eſt, ſi dolo poſſidere deſierit *i*: vel tanquam poſſeſſor liti ſe obtulerit *k*. 3. Ex parte rei petitæ requiritur, ut illa ſit corporalis. *l*

g *d.* §. 1.
h *l.* 9. *ff. de Rei vind.*
i *l.* 27. §. 3. *ff. eod. l.* 131. *ff. de R. J.*
k *l.* 7. *&* 25. *ff. de Rei vind.*
l §. 1. *h. t. in fin. & l.* 56. *ff. d. tit.*

De fructibus reſtituendis actum ſupra p. 47. & 48.

Actio Confeſſoria *eſt, actio in rem* a, *quâ quis aſſerit ſibi, vel prædio ſuo ſervitutem competere in re aliena, contra dominum prædii ſervientis* b, *vel quemvis in uſu ſervitutis ipſum impedientem* c, *ut ab impedimento in poſterum deſiſtat* d, *& præſtet, quod actoris intereſt, ſe turbatum non eſſe.* e

a §. 2. *h. t. l.* 2. *ff. ſi ſervit. vind.*
b *l.* 6. §. 3. *ff. eod.*
c *l.* 10. §. 1. *ff. eod.*
d *l.* 7. *pr. l.* 12. *ff. d. t.*
e *l:* 4. §. 2. *l.* 6. §. 6. *ff. eod.*

Actio negatoria *eſt actio in rem* f, *qua dominus ſervitutem ſe debere negat, ſive libertatem ſui prædii aſſerit, adverſus eos, qui ſervitutem ſibi deberi contendunt* g, *ad id ut res actoris libera declaretur, & præſtetur id quod ejus intereſt, ſe turbatum non eſſe* h, *ac reus caveat de non turbando in poſterum.* i

f *l.* 2. *pr. ff. d. t.*
g *l* 4. §. 7. *l.* 8. §. 5. *ff. ſi ſerv. vind.*
h *l.* 4. §. 2. *ff. ſi ſerv. vind.*
i *d. l.* 7.

Hæc actio in controverſiis rerum corporalium locum habere non poteſt, cum in iſtis poſſeſſio ſufficiat, licet uno caſu poſſidenti actio competat. *k*

k *d.* §. 2. *in fin.*

Utraque actio vel Directa eſt, vel Utilis.

l *l.* 2. § 1. *ſi ſerv. vind.*

Directa datur ſoli domino prædii *l*: *Utilis* competit illis, qui ſimile jus habent. Qualis eſt Creditor pigneratitius, ſuperficiarius *m*, Uſufructuarius &c. *n*

m *l.* 16. *ff. de ſervit.*
n *l. un.* §. 4. *ff. de remiſ.*

Actiones in rem prætoriæ ſunt, Actio Publiciana, Reſciſſoria, Pauliana, Serviana, & quaſi Serviana.

Actio Publiciana *eſt actio in rem prætoria, quæ datur ei, qui rem bona fide & juſto titulo poſſeſſam ante impletum uſucapionis tempus amiſit, adverſus injuſtum ejus rei poſſeſſorem, ut rem reſtituat.* o

o §. 4. *h. t. l.* 1. *ff. de publ. in rem act.*

Non Competit publiciana contra juſtum poſſeſſorem *p*, multo minus contra ipſum Dominum. *q*

p *arg. l.* 128. *ff. de R. J.*
q *l. pen. ff. de publ. in rem act.*

Actio Reſciſſoria *eſt actio in rem Prætoria, quæ datur ei, qui rem (cum ex juſta cauſa abeßet) per uſucapionem amiſit, vel etiam ei, cujus res ab abſente uſucapta eſt, adverſus eum qui uſucepit, ut reſciſſa uſucapione, rem reſtituat.* r

r §. 5. *h. t. l.* 1. §. 1. *ff. ex quib. cauſ. maj.*

Ex juſta cauſa abeſſe intelliguntur illi, qui Reipublicæ cauſa abſunt.

Actio Pauliana *eſt actio aliquando realis, aliquando perſonalis, prætoria, quæ datur creditoribus, adverſus quoſcunque poſſeſſores rerum in fraudem creditorum alienatarum, ut in eodem ſtatu reſtituantur.* s

s §. 9. *h. t. l.* 1. *pr. ff. quæ in fraud. cred.*

Realis eſt, ſi quid in fraudem alienatum eſt, poſtquam creditores in poſ-

ſeſſi-

ſeſſionem miſſi erant. *t* t *d.* §. 17.

Perſonalis, ſi antequam miſſi erant, alienatio facta ſit. *v* v *l.* 17. §. 1. *ff. d. t. l.* 3. §. 4. *ff. de uſuc.*

Id requiritur ad hanc actionem ut animum fraudandi Debitor habuerit *x*, ut eventu etiam Creditores fraudati ſint *y*, ut denique poſſeſſor etiam fraudis conſcius fuerit *z*: excipe niſi ex cauſa lucrativa rem acceperit. *a* x *l.* 1. §. 2. *l.* 17. §. 1. *ff. quæ in fraud. Cred.* §. 3. *l. ex qui & quib. cauſ.* y *d.* §. 3. *l.* 10. §. 1. *ff. d. t.* z *l.* 1. *pr. l.* 6. §. 8. *ff. d. t.* a *d. l.* 6. §. 11. *l.* 41. §. 1. *ff. de R. Jur.*

Actio Serviana *eſt actio in rem prætoria, quæ datur Domino fundi, adverſus Colonum, vel alium quemcunque poſſeſſorem, ad reſtitutionem rerum pro mercede fundi expreſſe obligatarum.* b b §. 7. *h. t.*

Dicitur *expreſſe obligatarum*: nam fructus quidem in fundo nati tacite pro mercede obligati ſunt *c*; ſed res Coloni non aliter pignoris jure tenentur, quam ſi expreſſe eas obligaverit *d*. Secus quam in rebus Inquilini obtinet, quæ in prædium Urbanum illatæ ſunt eo animo, ut perpetuo ibi ſint: hæ enim tacito pignoris jure obligatæ ſunt *e*, tam pro deterioratione, quam pro mercede. *f* c *l.* 7. *ff. in quib. cauſ. pign. tacite cont.* d §. 3. *inſt. de interd. l.* 5. *C. de Locat. Cond.* e *l.* 4. *& ſeqq. ff. in quib. cauſ. pign. vel hyp. tacit. contr.* f *l.* 2. *ff. eod.*

Actio quaſi Serviana *ſive* Hypothecaria, *eſt actio in rem prætoria, quæ datur Creditori, adverſus quemcunque poſſeſſorem, ad reſtitutionem rerum ipſi, ſive expreſſe, ſive tacite, obligatarum.* g g *d.* §. 7. *h. t. l.* 16. §. 3. *ff. de pig.*

Quod ad effectum harum actionum attinet, nulla differentia eſt inter pignus & hypothecam: quæ alias ita differunt; quod pignoris poſſeſſio creditori traditur, hypothecæ autem poſſeſſio penes debitorem manet. *h*

h *d.* §. 7. *l.* 9. §. 2. *l.* 35. §. 1. *ff. de pign. act.*

Actiones in perſonam civiles ſunt omnes, quæ oriuntur ex contractu, vel quaſi contractu, ex maleficio, vel quaſi maleficio, eæque ante deſcriptæ ſunt.

Actiones in perſonam Prætoriæ tres proponuntur *rei perſecutoriæ*, actio de Conſtituta pecunia, in quam tranſlata & transfuſa eſt antiqua actio Receptitia *i*, actio in factum ex Jurejurando, actio de Peculio, item tres *pœnales*, actio Albi Corrupti, Actio in factum ex Edicto de in jus vocando, actio in factum ex Edicto, ne quis eum, qui in jus vocatus eſt, vi eximat.

i §. 8. *Inſt. h. t. l.* 2. *C. de Conſt. pecun.*

Actio de Conſtituta pecunia, *eſt actio perſonalis, prætoria, quæ competit ei, cui conſtitutum eſt, adverſus conſtituentem, ut ſolvat, quod ſe ſoluturum promiſit.* k

Conſtitutum eſt pactum, quo quis abſque ſtipulatione promittit, ſe ſoluturum, quod ipſe, vel alius debet. *l*

k §. 9. *h. t. l.* 1. §. 1. *ff. de Conſt. pecun.*

Conſtitui poteſt debitum & naturale, & Prætorium *m*, non autem debitum mere civile. *n*

l *d.* §. 9.
m *l.* 1. *pr.* & §. *ult. ff. eod.*
n *l.* 3. §. 1. *ff. eod.*

Actio de peculio *eſt Actio prætoria perſonalis. aliquando bonæ fidei, aliquando ſtricti juris, prout eſt Actio principalis, cui adiicitur, quæ datur ei, qui cum ſervo, vel filiofamilias contraxit, adverſus Patrem vel Dominum, ut ſolvat quatenus eſt in peculio, deducto eo quod ſibi debetur.* o

Actio in factum ex Jurejurando, *eſt actio perſonalis, prætoria, rei perſecutoria, quæ datur ei, qui juravit ſibi rem deberi adverſus eum, qui jusjurandum detulit, ut præſtet id, quod ſibi deberi juravit.* p

Etiam ei competit actio, cui remiſſum eſt jusjurandum, cum jurare paratus eſſet. *q*

Jusjurandum eſt religioſa Divini nominis aſſumptio, ad id, quod agitur, vel aſſeritur, confirmandum.

Eſtque vel *Promiſſorium*, quo aliquid promittitur, vel *Litis deciſorium* quo lis deciditur.

Hoc iterum eſt triplex, vel *Voluntarium*, quod præſtatur ex conventione partium, etiam extra Judicium *r*, vel *Neceſſarium*, quod is, cui delatum eſt, refert *s*, vel *Judiciale*, quod judex defert in dubia cauſa, & inopia probationis. *t*

Præſtito Jurejurando non amplius quæritur an debeatur, ſed id ſolum

an

o §. 10. *I. h.t.* *l.* 9. §. 2. & *ſeqq. ff. de pecul.*

p §. 11. *h. t. l.* 28. *in fin. ff. de jurejur.*

q *l.* 8. *C. de reb. cred.*

r *l.* 17. *pr. l.* 28. §. 10. *ff. de jurejur.*

s *l.* 12. §. 1. *C. de reb. cred.*

t *l.* 31. *ff. de jurejur.*

o d. §. 11. l. 1. C. de Reb. Cred.

an juratum ſit. *o*

Actio Albi corrupti *eſt actio perſonalis, Prætoria, pœnalis, competens cuivis ex populo, adverſus eum, qui album Prætoris dolo malo corrupit, ad pœnam quingentorum aureorum, actori applicandam.* p

p l. 7. 8. & 9. ff. Juriſd.

Album erat tabula dealbata, in qua Prætores ſingulis annis edicta proponebant.

Quid ſi plures corruperint, ſinguli in ſolidum tenentur, nec unius ſolutio liberat reliquos. *q*

q d. l. 7. & 8.

Si Reus ob inopiam dictam pænam non poſſit ſolvere, pelle luere debet. *r*

r d. l. 7. §. 3.

Actio in factum ex Edicto de in jus vocando *eſt actio perſonalis, pœnalis, Prætoria, annalis, quæ datur Parenti vel Patrono, aliiſve qui eorum loco ſunt, contra Edictum ſine venia in jus vocatis, adverſus eum qui vocavit, in pœnam quinquaginta aureorum actori applicandum.* s

q l. 4. §. 1. & ſeqq. l. 12. l. pen. ff. de in jus voc.

Actio in factum ex Edicto, ne quis eum, qui in jus vocatus eſt, vi eximat, *eſt actio perſonalis, pœnalis, Prætoria, quæ datur ei, qui aliquem in jus vocavit, adverſus eum, qui in jus vocatum exemit, aut dolo fecit ut eximeretur, ut ſolvat tantum, quanti ea res ab actore fuerit æſtimata.* V

r l. 4. §. 2. l. 5. & tot. t. ff ne quis eum qui in jus voc. vi. ex.

Præjudiciales actiones proprie nec in

per

perſonam ſunt, nec in rem; quia tamen & in iſtis jus aliquod noſtrum aſſerimus, magis in rem eſſe videntur. *c* x §. 13. *h. t.*

Sunt autem præjudiciales actiones controverſiæ ſtatus, per quas Actionibus inde pendentibus præjudicatur: tales ſunt tres, 1. per quam quæritur an quis Libertus ſit, vel non; 2. per quam quæritur an aliquis Liber ſit, vel ſervus. 3. de Partu agnoſcendo. *y* y *d.* §. 13.

Cum verbum *dare* in formula perſonalis actionis ſignificet dominium transferre; hinc nemo rem ſuam, niſi Furi condicere poteſt. *z* z §. 14. *h. t.* *l. ult. in fin. ff. Uſufr. quem cav.*

Tertia Actionum Diviſio.

Actiones ſunt vel Rei perſecutoriæ, vel pœnales, vel mixtæ. *a* a §. 16. & *ſeqq. h. t.*

Actiones rei perſecutoria *ſunt, quibus perſequimur id, quod ex patrimonio nobis abeſt, ſive noſtrum ſit, ſive nobis debeatur*. b b *l.* 35. *ff. de obl. & act.*

In ſpecie res dicitur abeſſe ex patrimonio quatuor modis.

1. Quod eſt in patrimonio noſtro, ſed ab aliis tenetur, verb. gr. res noſtræ ab aliis occupatæ, quarum nomine competit vindicatio.

2. Quod in patrimonio eſſe deſiit, ſed

ex obligatione reſtituendum eſt. Ex Gr. pecunia, vel quantitas alteri mutuo data.

3. Quodcunque nobis ex contractu debetur, ſive noſtrum ſit, ſive non.

4. Quodcunque ejus, quod nobis abeſt, æſtimationem continet.

Rei perſecutoriȩ ſunt omnes actiones in Rem, item omnes fere, quæ ex Contractu deſcendunt *c*, item quædam ex Delictis, ut Condictio furtiva *d*. Actio rerum amotarum *e*.

c §. 17. *h. t.*
d *l.* 7. §. 1. *ff. de Cond. furtiv.*
e *l.* 21. §. 5 *ff. de Action. rer. amot.*

Actiones pœnales *ſunt, quibus perſequimur pœnam legitimam, ut in actione furti & injuriarum.* f

f §. 18. *h. t.*

Quod ſi pœna conventione promiſſa ſit, non pœnalis actio inſtituitur, ſed rei perſecutoria. *g*

g *arg. l.* 68. *ff. de V. Obl.*

Mixtæ *ſunt quibus partim rem, partim pœnam perſequimur*, ut actio vi bonorum raptorum, etiam Legis Aquiliȩ, Actio legatorum, quæ relicta ſunt piis locis, caſu quo heres ea præſtare diſtulerit *h*.

h §. 19. *h. t.*

Alio ſenſu quædam *actiones mixtæ* dicuntur, quod in illis uterque actor eſt & reus; *i* quæ aliter vocantur duplices. *k*

i *l.* 37. §. 1. *ff. de Ob. & Act.*
k *l.* 2. §. 1. *ff. Comm. div.*

Tales ſunt Actio Familiȩ Erciſcundæ, Communi dividundo (de quibus antea) & Finium regundorum.

Actio

Actio finium regundorum *eſt Actio perſonalis l, quæ datur inter confines prædiorum Ruſticorum* m, *ut fines agrorum, qui ſunt turbati, accuratius iterum diſtinguantur, & præſtetur omne id, quod ejus nomine intereſt.* n

l 1. ff. fin. reg.

m l. 4. §. pen. ff. eod.

n d. l. 4. §. 1. & 2.

Fines ſunt ſpatium quinque pedum, quod inter agros confines liberum erat relinquendum. *o*

o l. 5. C. fin. regund. ubi Gotofr.

Quarta Actionum Diviſio.

Actiones vel in Simplum competunt, vel in Duplum, vel in Triplum, vel in Quadruplum, ultra quadruplum nulla lege actio conſtituitur. *a*

a §. 21. h. t.

In ſimplum agimus cum rem noſtram, vel nobis debitam, vel denique pœnam certa lege conſtitutam, ſine re petimus.

In duplum, triplum, quadruplum agimus, quando præter rem petitam perſequimur aliquid ultra, quod ad æſtimationem ejus rei duplo, triplo, aut quadruplo accedit.

In ſimplum competunt omnes Actiones rei perſecutoriæ.

In duplum agitur actione Furti nec manifeſti, Servi corrupti, Depoſiti miſerabilis; Actione Legis Aquiliæ, Legati

ad

ad pias cauſas *b*. Ex his duę priores
b §. 22. *d. h. t.* ex ſe, & ſua natura in duplum competunt, reliquæ tres non niſi ex accidenti; ut ſi reus conventus inficiatus fuerit, vel etiam in legato ad pias cauſas
c §. 26. *h. t. l.* præſtando moram fecerit. *c*

46. §. 7. *C. de Epiſc. & Cler.* Actio Servi corrupti *eſt actio perſonalis, partim rei, partim pœnæ perſecutoria, quæ datur domino ſervi corrupti, adverſus eum, qui dolo malo ſervum corrupit, in duplum ejus, quod intereſt.* d

d *l.* 1. *pr. ff. de ſerv. corr.* *Corrumpere ſervum* eſt malis ſermonibus *e* animum ſervi depravare: corruptio
e *l.* 1. §. 3. & 4. *ff. eod.* corporis ſervilis lege Aquilia vindicatur. *f*

f *l.* 3. *in fin. & l.* 4. *ff. eod.* *In triplum agitur* in Condictione ex Lege, contra Actorem, qui dolo malo majorem quantitatem libello conventionis inſeruit, ut Viatores majorem ſummam Sportularum nomine conſequantur. *g*

g §. 24. *h. t.*

In quadruplum agitur actione furti, in actione quod Metus Cauſâ, actione in factum de Calumniatoribus, Condictione ex lege in Viatores, qui majores ſportulas exigunt, quam ipſis debentur. *h*

h §. 25. *h. t.*

Actio autem quod metus cauſa ſic a reliquis tribus differt, quod illæ ſimpliciter in quadruplum competunt, hęc au-

autem non niſi reus reſtituere nolit, cùm
ſit Arbitraria. *k* k §. 27. *h. t.*

Actio quod metus cauſa *eſt actio perſonalis, arbitraria* l *in rem ſcripta* m *mixta* n, *quæ datur ei, qui ex metu illato damnum paſſus eſt, adverſus eum, qui metum intulit, alioſve qui rem metu extortam poſſident* o, *in quadruplum intra annum, poſt annum in ſimplum.* p

l §. 27. *h. t.* m *l.* 9. §. 1. *& ult. ff. quod met. cauſ.* n *l.* 14. §. 9. *& ſeqq. ff. eod.* o *d. l.* 9. p *l.* 14. §. 3. *ff. eod.*

In rem ſcriptæ dicuntur Actiones, quæ, licet ſuâ naturâ & origine perſonales ſint, tamen ad inſtar realium Actionum, contra quoſvis poſſeſſores competunt.

Metus autem requiritur non futilis, aut vani timoris, ſed talis, qui in conſtantiſſimum hominem cadit, ut mortis, cruciatus corporis, pudicitiæ amittendæ, vel ſimilis, non vero metus infamiæ *q*.

q *l.* 5. 6. *& ſeqq. ff. d. t.*

Actio de Calumniatoribus *eſt actio perſonalis, mixta* r, *quæ datur ei, propter quem pecunia data eſt, ut ei, negotium fiat, vel non fiat, adverſus eum, qui ob eam cauſam accepit, in quadruplum intra annum, poſt annum in ſimplum.* s

r *l.* 5. §. 1. *ff. de Calum.* s *l.* 1. *pr. ff. eod.*

Calumniator eſt, qui per fraudem falſa lite alios vexat *t*: in ſpecie hic Calumniator dicitur, qui pecuniam accepit, ut alicui litem moveat, vel non moveat. *v*

t *l.* 1. *ff. ad SCt. Turpil.* v §. 25. *h. t. l.* 3. §. 1. *ff. de Calumn.*

Quinta Actionum Diviſio.

Actiones aliæ ſunt Bonæ fidei, aliæ
x §. 28. & 31. h. t. Stricti juris, aliæ Arbitrariæ. x

Actiones bonæ fidei, *ſunt, in quibus libera Judici eſt poteſtas æſtimandi ex bono & æquo, quid alter alteri præſtare debet; quamvis id expreſſe in conventionem non*
y §. 30. h. t. l. 2. §. fin. ff. de Obl. & Act. *ſit deductum.* y

Stricti juris ſunt, *in quibus Judicis poteſtas excedere non poteſt id, quod in con-*
z l. 99. ff. de Verb. Obl. *ventionem deductum eſt.* z

Arbitrariæ actiones *ſunt, in quibus arbitrium judicis per modum interlocutionis interponitur, cui niſi reus pareat, gravius*
a §. 31. in fin. ff. t. *condemnatur.* a

Actiones bonæ fidei ſunt illæ tantum quæ enumerantur in §. 28. hoc titulo ita tamen, ut ſub directis actionibus etiam contineantur & Utiles Contrariæ: his in §. 29. additur Actio ex ſtipulatu de Dote repetenda. Cum pleræque actiones, quæ hic proponuntur, ante de ſcriptæ ſunt, reſtant paucæ definiendæ

Actio præſcriptis verbis de æſtimato vel æſtimatoria *eſt actio perſonalis, bonæ fidei, quæ datur ei, qui rem æſtimatam alicui vendendam dedit, adverſus eum qui accepit, ut reſtituat rem, aut ejus æſtimationem.*

Con

Contractus Æſtimatorius *eſt contractus innominatus, quo res æſtimata alicui vendenda datur, ea lege, ut vel ipſa Res incorrupta, vel æſtimatio reſtituatur.* b

Nihil intereſt, an ſimpliciter res vendenda detur, an ſpecialiter certum pretium determinatum ſit. *c*

Actio præſcriptis verbis ex Permutatione, *eſt Actio perſonalis, bonæ fidei, quæ datur ei, qui rem ſuam animo permutandi dedit, adverſus eum qui accepit, ut viciſſim rem, aut ſuum intereſſe præſtet.* d

Permutatio eſt *Contractus innominatus, quo res aliqua transferendi animo datur pro alia Re ab Accipiente danda.* e

Petitio hereditatis *eſt actio in rem* f, *bonæ fidei, quæ datur heredi* g, *adverſus eum, qui pro herede vel pro poſſeſſore poſſidet* h, *ut reſtituat hereditatem, vel ejus partem* i, *cum fructibus & acceſſionibus.* k

Pro herede poſſidere dicitur, qui rem hereditariam ut heres, ſive ſciens ſe non eſſe heredem, ſive putans ſe eſſe, poſſidet. *l*

Pro poſſeſſore poſſidere dicitur, qui nullo titulo poſſidet, ſed interrogatus, cur poſſideat? reſpondet, quia poſſideo, qualis eſt Prædo. *m*

Ad repetendam Dotem Olim duplex Actio competebat, N. *Actio Rei Uxoriæ*

b *l.* 1. *pr.* & §. 1. *ff. de Æſtimator.*

c *l.* 17. §. 1. *ff. eod. l.* 13. *pr. ff. de præſc. verb.*

d *l.* 4. *ff. de Rer. perm. l. fin. C. eod.*

e *l.* 1. *pr.* & & §. 2. *ff. eod.*

f *l.* 25. §. 18. *ff. de hered. petit.*

g *l.* 1. *ff. de hered. petit.*

h *l.* 9. *ff. eod.*

i *d. l.* 9. & *l.* 10.

k *l.* 20. §. 3. & 6. *ff. eod.*

l §. 3. *inſt. de interdict. l.* 11. *pr. ff. de hered. petit.*

m *d.* §. 3. & *l.* 12. *ff. d. tit.*

ria & *Actio ex ſtipulatu*: verum Juſtinianus, exploſa priori Actione, omnem ejus vim tranſtulit in Actionem ex ſtipulatu.

Actio ex ſtipulatu de dote repetenda *eſt actio perſonalis, bonæ fidei, privilegiata, quæ ſoluto matrimonio* n *datur uxori, aut ejus parenti* o, *adverſus maritum, ejuſve heredes* p, *ut dos integra & ſalva reſtituatur.*

Hæc actio *Privilegiata* dicitur, quod multis Privilegiis ſit munita, V. Gr. quod hæc Actio ſit Bonæ fidei, quod competat, etſi vel nulla, vel inutilis ſtipulatio interceſſerit, Imprimis quod Mulier pro reſtitutione dotis habeat tacitam hypothecam in bonis Mariti *q*, item quod præferatur omnibus mariti creditoribus, non tantum Perſonalibus, ſed etiam Hypothecariis, ſive tacitam, ſive expreſſam hypothecam habentibus. *r*

Hæc Privilegia etiam Liberis mulieris dantur *s* ſed ad Extraneos Heredes non tranſeunt. *t*

Arbitrariarum actionum tam in rem quam in perſonam, tam ex delicto, quam ex contractu deſcendentium, exempla plurima referuntur in §. 31. ex quibus tres definiendæ reſtant, Actio doli mali

n *l. 2. pr. ff. ſolut. matr.* o *l. un §. 6. C. de rei Ux. Act. l. 6. pr. ff. de jure dot.*
p *l. 22. §. 12. l. 46. ff. ſolut. matrim.*
q *§. 29. h. t. l. un. §. 1. Cod. de rei Uxor. Act.*
r *l. 12. pr. & §. 1. C. qui pot. in pign. Nov. 97. c. 3. & 4.*
s *l. 12. §. 1. in fin. C. qui pot. in pign. Nov. 91. in præf.*
t *l. un. C. de privil. dot. §. 29. in fin. h. t.*

mali, Actio de eo quod certo loco, & Actio ad Exhibendum.

Actio doli mali *eſt actio perſonalis, arbitraria, quæ datur ei, qui dolo deceptus eſt, adverſus eum qui dolum adhibuit, ad id, quod intereſt.* v

Ut hæc actio poſſit habere locum, duo requiruntur, ſicuti regulariter in omni reſtitutione 1. ut nullum aliud competat juris remedium. *x*

2. Ut intercedat cauſæ cognitio, an cauſa ſit ſatis juſta *y*, item an perſonæ ſint habiles, contra quas agitur; Liberis enim & Libertis non competit Actio Doli contra parentes vel Patronos, ſed Actio in factum datur. *z*

Actio de eo quod Certo loco *eſt actio perſonalis, arbitraria, quâ is, cui res certo loco præſtanda promiſſa eſt* a, *quocunque alio loco* b, *facta commemoratione iſtius loci*, c *adverſus promittentem agit, ad id, ut Judex æſtimet, quanti actoris interſit, rem promiſſam eo loco ſolutam non eſſe.* d

Locum habet hæc Actio in Contractibus ſtricti juris: *e* ſi enim negotium ſit bonæ fidei, Actio ex eodem contractu competit ad Intereſſe loci petendum. *f*

Actio ad Exhibendum *eſt actio perſonalis* g, *arbitraria, in rem ſcripta* h, *quæ datur ei, cujus peculiariter intereſt* i, *adverſus*

v *l.* 18. *pr. ff. de dolo mal.*

x *l.* 1. §. 1. *l.* 7. *pr. & §§is. ſeqq. ff. de dolo malo.*

y *l.* 9. §. *ult. & ll. ſeqq. ff. eod.*

z *l.* 11. §. 1. *ff. eod.*

a *l.* 2. §. 1. *ff. de eo quod certo loco.*

b *l.* 1. *ff. eod.*

c §. 33. *h. t.*

d *l.* 2. §. *ult. ff. eod.*

e *l.* 1. *l.* 2. §. 1. *l.* 7. *pr. ff. d. t.*

f *d. l.* 7.

g *l.* 3. §. 3. *ff. ad exhib.*

h *d. l.* §. *fin.*

i *l.* 13. *ff. eod.*

verſus quemcunque rei poſſeſſorem k, *ut rem exhibeat; aut ſi deterioratam exhibeat, ut*
k *d.* 13. §. *fin.* & *l.* 5. *ff. eod.* *ſolvat id quod intereſt.* l

l *l.* 9. §. *fin.* & *ll. ſeqq. ff. eod.* *Exhibere* eſt facere in publico poteſtatem, ut ei qui agit, experiundi ſit copia. *m*

m *l.* 2. *ff eod.*

Sexta Actionum Diviſio.

Aliæ *actiones ſunt, quibus certum petitur*, quando ſcilicet apparet, quid,
n *pr. inſt. de Verb. Obl. l.* 75. *ff. eod.* quale, & quantum in petitione ſit. *n* Aliæ, *quibus incertum petitur*, ubi ſcilicet hoc non apparet.

Judex tamen debet ferre certam ſen-
o §. 32. *h. t.* tentiam, quantum poteſt *o*: Actor autem cavere debet, ne plus petat, quam ipſi debetur.

Plus petitur quatuor modis, Re, Tem-
p §. 33. *h. t.* pore, Loco, & Cauſa *p*. Pœna plus
q *d.* §. 33. *pr.* petitionis olim erat cauſæ amiſſio *q*, ſed jure Novo, qui tempore plus petit, alterum tantum temporis exſpectare debet, & Reo præſtare intereſſe, qui alio modo plus petit, condemnatur in du-
r §. 10. *inſt. de except.* plum damni dati. *r*

Si Actor minus, aut aliud pro alio pe-
s §. 34. & 35. *h. t. l.* 3. *Cod. de Edendo.* tat, hoc ipſi non nocet: ſed cognitâ cauſâ in eodem Judicio Libellum mutare poteſt *s*, refuſis tamen impenſis. *t*

t *l.* 72. *ff. de Judic.*

Septima Actionum Diviſio.

Quædam *Actiones* ſunt *in Solidum*, quando totum debitum conſequi poſſumus; *vel in minus quam ſolidum*, cum non totum, ſed partem tantum debiti conſequimur.

Minus quam ſolidum conſequimur, vel *ex natura ipſius actionis*, ut in actione de Peculio, adverſus patrem, vel dominum *v*; vel *propter perſonas*, cum quibus agimus, ſi nimirum illis competat Beneficium Competentiæ *x*, vel Beneficium Ceſſionis *y*, aut ſi objicere poſſint Compenſationem. *z*

v *ibid.*
x §. 37. 38. *h. tit.*
y §. *fin. h. t.*
z §. *pen. h. t.*

Beneficium Competentiæ eſt privilegium, quo quis conveniri nequit ultra id, quod facere poteſt, habita ratione alimentorum, ne egeat.

Hoc privilegium habet Maritus, qui de Dote *a*, aut ex alio contractu *b* convenitur, item Parens, Patronus, Socius, non tantum univerſalis, ſed etiam particularis, item Donator, qui ex ſua liberalitate convenitur. *c*

a *d.* §. 37.
b *l.* 17. *l.* 20. *ff. de Re Jud.*
c §. 38. *h. t. l.* 16. *ff. de R. Jud. l.* 63. *pr. ff. pro ſoc.*

Similiter condemnantur in id quod facere poſſunt, Debitores, qui bonis ſuis ceſſerunt.

Ceſſio Bonorum *eſt Actus, quo Debitor omnia bona ſua creditoribus in ſolutum*

dat, nihilo retento, præter veſtem quotidianam, ut per hoc à pœna carceris liberetur; & ſi poſtea acquirat aliquid, non in ſolidum conveniatur, ſed in quantum facere poſſit. d

Compenſatio *eſt debiti & crediti inter ſe contributio.* e

Ad compenſationem præcipue requiritur.

1. Ut utrimque debeatur quantitas ejuſdem generis: nam nec ſpecies cum ſpecie, vel cum quantitate, nec quantitas cum quantitate alius generis compenſari poteſt. *f*

2. Ut debitum utrimque ſit liquidum, aut ſaltem in continenti liquidari poſſit. *g*

Locum habet Compenſatio in omni debito, ſive ex Contractu, ſive ex delicto, ex quo pecuniarie agitur *h*, ſive Civile ſit debitum, ſive naturale, *i* nec intereſt an bonæ fidei ſit Actio, an ſtricti juris, an in Rem, an in perſonam *k*; ſola autem Depoſiti Actio excipitur. *l*

d *§. fin. h. t. l.* 1. *&* 4. *Cod. qui bon. ced.*
e *l.* 1. *ff. de Comp.*
f *l.* 4. *l.* 8. *C. eod. t.*
g *l. ult. §.* 1. *C. eod. §.* 30. *h. t.*
h *l.* 10. *§.* 2. *ff. de comp.*
i *l.* 6. *ff. eod.*
k *§.* 30. *I. h. t.*
l *d. §.* 30. *& l. fin. C. de Compen.*

TITULUS VII.

Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicitur. C. 4. T. 27.

LIcet ſecundum ſtrictam Juris Civilis regulam ex contractu unius alter conveniri non poſſit *a*, id tamen ex æquitate Prætoria in quibuſdam Actionibus fallit, ut in actione quod Juſſu, Exercitoria, Inſtitoria, Tributoria, de Peculio, in rem Verſo, quę proprie principales actiones non ſunt, ſed aliarum actionum acceſſorię, V. Gr. Actio Emti *quod Juſſu*, Actio ex mutuo *Inſtitoria*.

a *l.* 11. *ff. de Obl. & act. t. tit. C. ne fil. pro patre.*

Actio quod juſſu *eſt actio Prætoria, perſonalis, aliquando bonæ fidei, aliquando ſtricti juris, prout eſt actio principalis, cui adjicitur, quæ datur ei, qui cum filio, vel ſervo contraxit, adverſus patrem vel dominum, cujus juſſu filius vel ſervus contraxit, in ſolidum, quatenus juſſerat.* b

b §. 1. *h. t. l.* 3. *ff. quod juſſu.*

Juſſiſſe *intelligitur dominus, qui mandavit, vel quoquo modo ratum habuit, vel per ſe, vel per nuntium, aut epiſtolam.* c

c *l.* 1. §. 2. 3. 4. 6. *ff. eod.*

Actio Exercitoria *eſt actio prætoria, perſonalis, aliquando bonæ fidei, aliquando ſtricti juris, quæ datur ei, qui cum ma-*

giſtro navis contraxit, ejus rei gratiâ, cui præpoſitus eſt, adverſus exercitorem in ſolidum. d

Exercitor quis ſit, ſupra definitum eſt pag. 163.

Magiſter navis eſt, cui totius navis cura eſt mandata *e*: *Submagiſter* ſive *Promagiſter* eſt, qui à magiſtro, ſive ſciente, ſive ignorante excercitore ſubſtitutus eſt. *f*

Quid ſi plures navem excerceant, ſinguli in ſolidum tenentur *g*.

Actio Inſtitoria *eſt actio prætoria, perſonalis, aliquando bonæ fidei, aliquando ſtricti Juris, quæ datur ei, qui cum Inſtitore contraxit, ejus rei gratiâ, cui præpoſitus eſt, adverſus eum, qui inſtitorem præpoſuit, in ſolidum.* h

Inſtitor eſt qui tabernæ, vel cuilibet negotiationi terreſtri eſt præpoſitus. *i*

Nihil intereſt cujus conditionis, qualitatis, ſexus, aut ætatis ſit Inſtitor *k*, quod etiam in *Magiſtro* verum eſt. *l*

Actio Tributoria *eſt actio prætoria, perſonalis, aliquando bonæ fidei, aliquando ſtricti juris, quæ datur Creditoribus, qui cum filio vel ſervo, ſciente domino vel patre, negotiante in merce peculiari, contraxerunt, adverſus patrem vel dominum, ut merces inter ſe & creditores æqualiter divi-*

d §. 2. *h. t. l.* 1. §. 7. & 8. *ff. de Exerc. act.*

e *d. l.* 1. §. 1.

f *d. l.* 1. §. 1. & 5.

g *l.* 1. §. *fin.* & *l.* 2. *ff. de Exerc. Act.*

h §. 2. *h. t. l.* 5. §. 11. & *ſeqq. ff. de Inſtit. act.*

i *l.* 18. *ff. eod.*

k *l.* 7. §. 1. & *ſeqq. ff. de Inſtit. act.*

l *l.* 1. §. 16. *ff. de exercit. Act.*

dividat, aut diviſionem inique factam corrigat. m m §. 3. *h. t. l.*

Duo ad hanc actionem requiruntur, 1. *pr. l.* 7. *ff. de Tribut. act.*
1. ut negotiatio facta ſit in merce peculiari. *n* n *dd. ll.*

Merx peculiaris eſt merx illa, in qua dominus permittit ſervo proprio nomine negotiari; Huic opponitur *merx Dominica*, in qua ſervus domini vice negotium gerit.

2. Ut negotiatio fiat ſciente patre vel domino *. Scire autem intelligitur * *ib.*
dominus, non tantum qui juſſit, ſed etiam qui patitur, & non contradicit. *o* o *l.* 1. §. 3. *ff. d. t.*

Actio de in rem verſo *eſt actio Prætoria, perſonalis, aliquando bonæ fidei, aliquando ſtricti juris, qua datur ei, qui cum filio vel ſervo contraxit, adverſus patrem & dominum, ut ſolvant, quatenus in rem ipſorum verſum eſt.* p p §. 4. *h. t. l.*

In rem domini *verſum* intelligitur, ſi 1. *pr.* & §. 2. *ff. de in rem verſo.*
filius aut ſervus neceſſarias & utiles fecerit impenſas *q*. Voluptuariæ impenſæ ſi factæ ſint, non datur actio de in rem verſo, niſi voluntate domini factæ probentur, alias creditor eas auferre poteſt. *r* q *d.* §. 4. & *l.* 3. §. 2. *ff. eod. tit.* r *l.* 3. §. 4. *ff. eod.*

Contingere poteſt, ut plures ex prędictis Actionibus concurrere poſſint,

poſſint, quo caſu omnes ſimul intentare nequit Actor *t*, ſed videre debet, quam Actionem utilius inſtituere poſſit. *v*

t l. 43. §. 1 ff. de R. J.

v §. 5. I. h. t.

Prædictæ actiones oriuntur, tam ex contractibus ſervorum, quam ex contractibus filiorumfamilias *x*: in his autem id amplius obſervandum, quod ex omnibus cauſis obligantur, tanquam patresfamilias *x*. Excipitur tamen cauſâ pecuniæ creditæ, propter Senatuſconſultum Macedonianum.

x §. 4. h. t.

x l. 39. ff. de obl. & Act.

Hoc Senatuſconſulto cautum eſt: *Ne quis filiofamilias pecuniam Mutuam det, aut ſi dederit, denegatur ipſi Actio & Petitito, etiam poſt mortem patris.* y

y §. 7. h. t. l. 1. ff. de SCt. Maced.

Pecuniæ vox hic ſtricte ſumitur pro pecunia numerata; ſi itaque alia res filio mutua data ſit, aut ex alio contractu res bona fide credita, non eſt locus Senatusconſulto Macedoniano, niſi id factum ſit in fraudem SCti. z

z l. 3. §. 3. & 7. §. 7. ff. de SCto. Maced. l. 3. C. eod.

Ceſſat Senatuſconſultum Macedonianum, vel ratione Filii, vel ratione Patris, vel ratione Cauſæ.

Ratione filii ceſſat 1. ſi habeat peculium Caſtrenſe, vel quaſi Caſtrenſe. *a*

a l. 1. in. fin. & l. 2. ff. d. t.

2. Si dixerit ſe eſſe patremfamilias. *b*

b l. 1. C. eod.

3. Si

3. Si publico errore pro patrefamilias habitus fuerit. *

* *l. 3. ff. eod.*

4. Si Fidejuſſerit; niſi hoc factum ſit in fraudem SCti. *a*

5. Si filius poſtea paterfam. factus partem ſolverit, totum debitum agnoviſſe cenſetur. *b*

a *l. 7. pr. & §. 1. ff. eod.*

b *d. l. 7. §. ult.*

Huic Senatusconſulto filius renuntiare nequit: quia non tam in favorem filii, quam in favorem patris eſt introductum, & in odium fœneratorum, ac in utilitatem publicam. *c*

c *l. 1. ff. h. t. l. 40. ff. de Cond. indebit.*

Ratione patris ceſſat.

1. Si voluntate ejus pecunia filio data ſit. *d*

d *l. 2. C. d. t.*

2. Idem eſt, ſi poſtea ratum habuerit. *e*

e *l. 12. ff. eod.*

3. Si pater filium fecit inſtitorem, vel peculiarem rem exercere paſſus ſit. *f*

f *l. 7. §. 11. ff. eod.*

Ratione cauſæ ceſſat.

1. Si pecunia data ſit filio, ut ſolveret ei, cui ex contractu valido ſolvere debebat. *g*

g *d. l. 7. §. 14.*

2. Si pecunia data in rem patris verſa ſit. *h*

h *d. l. 7. §. 1. l. 2. C. eod.*

3. Si ſtudiorum, aut legationis cauſa pecuniam ſumſerit, nec probabilem modum exceſſerit. *i*

i *d. l. 7. §. 13. l. 5. C. eod.*

4. Si ad dotandam ſororem acceperit pecuniam. *k*

k *l. 17. ff. eod.*

TITULUS VIII.

De Noxalibus Actionibus. *D. 9. T. 4. C. 3. T. 41.*

QUemadmodum ex contractibus filiorum & ſervorum tenentur patres & domini, ita etiam ex Servorum delictis conveniri poſſunt Domini Actione Noxali *a*: olim etiam Patres ex delictis filiorum; ſed hoc correctum eſt, cum ipſi filii ex maleficiis ſuis poſſint conveniri. *b*

a pr. h. tit. l. 1. ff. de Nox. Act.
b §. ult. h. tit.

Actio Noxalis *eſt actio prætoria, perſonalis, arbitraria, acceſſoria, quæ competit ex delicto privato, ei cui ſervus nocuit, adverſus dominum, ut ſervum noxæ dedat, aut alioquin damni æſtimationem præſtet.* c

c 1. h. tit.

Noxæ dare vel in noxam dedere, eſt pœnæ, vel in pœnam dare corpus, quod nocuit.

Actio noxalis ſemper ſequitur caput, id eſt, poſſeſſorem ſervi; ſi igitur manumiſſus ſit ſervus, ipſe directo ex maleficio ſuo tenetur. *d*

d §. 1. h. tit. l. 17. §. 7. ff. de injuri.

Quid ſi domino proprio damnum dederit, nulla actio naſci poteſt. *e*

e §. 6. ff. h. tit.

TITULUS IX.

Si Quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. D. 9. T. 1.

NOn tantum Servorum nomine obligamur, ſed etiam Quadrupedum, quæ ſi damnum dederint, Actio Noxalis de Pauperie ex L. XII. Tabb. competit. *a*

Pauperies *eſt damnum ſine injuria facientis datum.* b

Actio de pauperie *eſt actio Civilis* c, *perſonalis, arbitraria, quæ datur ei, cui quadrupes damnum dedit, aliiſque quorum intereſt* d, *adverſus Dominum quadrupedis, ut aut quadrupedem noxæ dedat, aut damni æſtimationem præſtet.* e

Eſtque duplex *directa* vel *utilis*; *directa* competit, ſi beſtia manſueta damnum dedit.

Utilis ſi aliud animal ferum. *f*

Ut hæc actio locum habere poſſit, Requiritur.

1. Ut animal pauperiem fecerit præter naturam ſui generis. *g*

2. Ut fecerit ſine alicujus culpa, ſeu inſtigatione. *h*

3. Ut non moriatur ante litem conteſtatam. *i*

Quod

a *pr. h. tit. l. 1. pr. ff. eod.*

b *d. 1. pr. in fin. & 1. §. 3. ff. eod.*

c *d. l. 1. pr.*

d *l. 2. pr. ff. eod.*

e *dd. ll.*

f *l. 1. §. 2. juncto §. 10. ff. d. tit. l. 4. ff. eod.*

g *l. 1. §. 4. & 7. ff. d. t.*

h *d. l. 1. §. 4. 6. & 7.*

i *d. l. 1. §. 13.*

Quod ſi dominus per Mendacium negaverit ſuam eſſe Quadrupedem, in ſolidum tenetur. *k*

k *d. l. §. 15.*

Præcedenti actioni affinis eſt illa, quæ datur ex Edicto Ædilitio, quo cautum eſt, *ne quis Canem, Verrem, Aprum, & generaliter ullum animal, quod nocere poteſt, eo loco habeat, quo vulgo iter ſit*: ſi quis contra fecerit, & homo liber occiſus ſit, tenetur in ducentos ſolidos; ſi homini libero nocitum ſit, ad pœnam arbitrariam; ſi in aliis rebus damnum datum ſit, in duplum damni dati. *l*

l *§ 1. h. tit. l. 40. cum 2. ſeqq. ff. de Ædil. edicto.*

TITULUS X.

De Iis per quos agere poſſumus.

OLim ſuo nomine quis tantum in judicio experiri poterat, non alieno, niſi pro Populo, pro Libertate, pro Tutela. Jure novo liberum eſt etiam alieno nomine experiri, veluti Procuratorio, Tutorio, Curatorio. *a*

a *pr. h. tit.*

Procurator *in genere eſt qui res alienas adminiſtrat.*

Eſtque duplex ad Lites, & ad Negotia extrajudicialia.

Procurator ad Litem iterum duplex eſt,

eſt, vel Procurator in ſpecie; vel Defenſor.

Procurator ad Litem in ſpecie *eſt*, *qui litem domini mandato perſequitur, vel perſequendam ſuſcipit* b, & tam ab Actore, quam à Reo conſtituitur. b *l.* 1. *ff de Procurat.*

Defenſor eſt; *qui ſine mandato Reum abſentem defendit.* c c .. 9. §. 6. *l.* 34. §. 3. *ff. de jurejur.*

Procurator ad *Negotia* etiam duplex eſt, vel *Mandatarius*, vel *Negotiorum geſtor.*

Mandatarius eſt, *qui aliena negotia gerit ex mandato domini.*

Negotiorum geſtor, *qui aliena negotia gerit ſine mandato*, de his ante actum *pag.* 142.

Præterea Procurator eſt, vel in rem ſuam, vel alienam. *d* d *l.* 33. §. *ult.* & *l. ſeqq. ff. de procurat.*

Procurator in rem ſuam eſt, *qui alieno nomine agit, ſed in proprium commodum*, qualis eſt is; cui dominus actiones ceſſit.

Procurator in rem alienam eſt, *qui non in proprium, ſed domini commodum agit.*

Procuratores eſſe poſſunt; omnes qui non prohibentur. *e* e *l.* 43. *ff. d. t.* 1 §. *ult. inſt. de except l.* 8. §. 2. *ff. d. t.*

Prohibentur autem 1. Milites *f.* 2. Mulieres; niſi in caſibus exceptis, *g*. 3. Minores ſeptemdecim annis *h*. 4. Muti & Surdi *i*. 5. Qui perpetuo mor- g *d.* §. *ult.* & *l.* 54. *ff. d. t.* h §. 5. *inſt. qui & ex quib. cauſ. man. l.* 1. §. 3. *ff. de poſtul.* i *l.* 43. *ff. de procur.*

 bo-

bo laborant *k*. 6. Deportati, & ſervi *l*. 7. Potentiores. *m*

Procurator intervenire poteſt in cauſis Civilibus, etiam famoſis *n*, non item in Criminalibus, niſi pœna ſit relegatione minor. *o*

In omnibus autem cauſis indiſtincte admittitur Procurator ad abſentiam defendendam. *p*

k *l. 54. ff. eod.*
l *l. 33. pr. ff. eod. l. 6. Cod. de jud.*
m *l. 1. C. ne liceat potent.*
n *l. pen. §. 1. ff. de publ. jud.*
o *l. 6. ff. de his qui not. infam.*
p *l. 33. §. 2. ff. de procur.*

TITULUS. XI.

De Satiſdationibus.
D. 2. T. 8. C. 2. T. 57.

Cautio in genere *eſt ſatisfactio, per quam adverſarium ſecurum reddimus*: eſtque duplex, *nuda*, & *non nuda*.

Cautio nuda eſt vel *Cautio Juratoria*, quæ fit per jusjurandum, vel *Nuda Repromiſſio*, quæ fit per interrogationem & reſponſionem.

Cautio non nuda eſt vel *Cautio Pignoratitia, quæ fit datis pignoribus*, vel *Satiſdatio*.

Satiſdatio *eſt cautio, quæ fit datis fidejuſſoribus*. a

Actor jure novo ſatiſdare debet, ſe litem conteſtaturum intra duos menſes *b*, ſe in judicio ad finem permanſurum, & ſoluturum expenſas ſi ſuccumbat. *c*

a *l. 1. ff. qui ſatiſd. cog.*
b *Nov. 96. c. 1. Auth. libellum C. d. litiſconteſt.*
c *Auth. Generaliter Cod. de Epiſc. & Cler. Nov. 112. c. 12.*

Pro-

Procurator actoris cavere debet *de Rato*, ſi de ejus mandato dubitetur. *d* Si certum eſt eum habere mandatum, cavere non tenetur *e*; ſi vero certum ſit eum mandato carere, ne quidem cum cautione admittitur *f*, niſi pro conjuncta perſona, expreſſe non refragante. *g*

Reus cavere debet *judicio ſiſti* h: aut ſi præſens per procuratorem agit, debet cavere *Judicatum ſolvi* i, quam cautionem ipſe procurator etiam præſtat, ſi Rei abſentis defenſionem ſuſcipiat. *Nemo* enim *alienæ rei ſine ſatiſdatione defenſor Idoneus intelligitur*. k

Cautiones hæ regulariter fiunt datis fidejuſſoribus *l*; Quidam tamen Juratoriam cautionem præſtant, quales ſunt viri Illuſtres *m* & ſpectabiles *n*, item Pauperes, qui idoneos fidejuſſores reperire non poſſunt *o*. Aliqui etiam nudæ promiſſioni ſuæ committuntur, quales imprimis ſunt illi, qui immobilia poſſident in territorio, in quo litigatur. *p*

d §. 3. *inſt. h. t. l.* 1. *C. de procur.*
e *l.* 65. *ff. eod.*
f *l.* 12. *C. de Procur.*
g *l.* 35. *l* 40. §. *fin. eod.*
h §. 2. *h. t.*
i §. 4 *h. t.*
k §. 5. *h. t.*
l *l* 7. *ff. de prat. ſtip.*
m *l.* 17. *C. de Dignit.*
n *l.* 12. *pr. C. de proxim. ſacror. ſcrin.*
o *Nov.* 112. *cap.* 2.
p *l.* 15. *ff. qui ſatiſdar. cog.*

TITULUS XII.

De Perpetuis & Temporalibus Actionibus, & quæ ad heredes, & in heredes tranſeunt.

Perpetuæ Actiones olim dicebantur, quæ nullo tempore finiebantur, ſed jure novo *perpetuæ* dicuntur, quæ ſpatio triginta, vel quadraginta annorum terminantur, ſive in rem ſint, ſive in perſonam. *a*

Actiones temporales ſunt, quæ brevioři temporis ſpatio finiuntur.

Pro regula autem tenendum eſt.

Omnes fere, actiones rei perſecutoriæ ſunt perpetuæ, pœnales autem temporales. b

Dico *fere* quia hæc regula fallit in iis Actionibus, in quibus, vel ex jure civili, vel ex jure prætorio, id reſcinditur, quod ſummo jure civili valet: hæ enim anni, vel biennii, vel quadriennii, interdum quinquennii ſpatio terminantur. *c*

Cæterum omnes actiones per litisconteſtationem judicio incluſæ, durant quadraginta annos. *d*

De actionibus in & ad heredes tranſitoriis duæ Regulæ obſervandæ ſunt ſive

a *pr. I. h. t. l. 3. C. de præſcr. 30. vel 40. annor.*

b *l. 35. ff. de obl. & act.*

c *l. 19. ff. de Ædil. Ed. l. ult. ff. de dolo malo l. ult. C. de temp. in integ. l. 8. §. fin. ff. de inoff. teſt.*

d *l. ult. C. de præſcr. 30. vel 40. ann.*

1. *Actiones rei perſecutoriæ, ſive ex contractu, ſive ex delicto, dantur heredibus, & in heredes.* e

Prædicta regula adeo vera eſt, ut etiam heres teneatur ex dolo defuncti, ex contractu in ſolidum, licet inde nihil ad eum pervenerit *f*: Hoc tamen interdum fallit *g*: quando nempe propter dolum defuncti actio ſit pœnalis. *h*

2. *Actiones ex maleficiis Pœnales heredibus quidem competunt; ſed adverſus heredes non dantur.* i

A priori membro regulæ datæ excipitur *Actio Injuriarum*, & ſi qua alia ſimilis inveniatur *k*

Poſterius membrum duobus etiam caſibus fallit 1. ſi heredes ex delicto defuncti facti ſint Locupletiores *l*. 2. Si Lis cum defuncto jam conteſtata fuerit. *m*

Hoc tamen fallit in publicis Criminibus, quæ regulariter cum morte Reorum extinguuntur. *n*

e *l.* 12. *l.* 46. *ff. de Ob. & Act. l.* 9. *ff. de cond. furt.*

f *l.* 152. §. *ult. l.* 157. §. *ult. ff. de R. Ju.*

g §. 1. *h. t.*

h *l.* 3 §. *pen. ff. ſi menſ. falſ. mod.*

i §. 1. *inſt. h. t. l.* 111. §. 1. *ff. de R. Jur.*

k *d.* §. 1. *l. pen. ff. de in jus voc.*

l *l.* 38. *ff. de R. Jur. l. un. C ex. del. def.*

m *d.* §. 1. & *l.* 164. *ff. de R. Jur.*

n *l.* 20. *ff. de Accuſat.*

TITULUS XIII.

De Exceptionibus.

D. 44. *T.* 1. *C.* 8. *T.* 36.

Exceptio *eſt actionis jure competentis excluſio.* a

a *l* 2. *ff. h t.*

Dividuntur exceptiones 1. in *Civiles*, quæ ex jure Civili, ac ejus partibus, & *Prætorias*, quæ ex Prætoris juriſdictione proficiſcuntur. *b*

b *l.* 7. *h. t.*

2. Exceptiones ſunt vel Peremtoriæ, vel dilatoriæ. *c*

c §. 8. *h. t. l.* 3. *ff. eod.*

Peremtoriæ exceptiones (quæ omnes etiam ſunt *perpetuæ*, præter exceptionem non numeratæ pecuniæ *d*) *ſunt, quæ ſemper agentibus obſtant, & ſemel oppoſitæ actionem excludunt in perpetuum* e. Tales ſunt exceptio quod metus cauſa, de dolo, juſti erroris, pacti de non petendo, jurisjurandi, & rei judicatæ.

d §. *un. Inſt. de litt. obl.*
e §. 9. *h. t. l.* 3. *ff. eod.*

Exceptio quod metus cauſa *eſt exceptio peremtoria, quæ opponitur ab eo, qui metum paſſus eſt, adverſus eum, qui ex contractu metu inito agit; ſive ipſe metum intulerit, ſive alius, ut actio ejus reddatur inutilis.* f

f *l.* 2. §. 33. *ff. de dol. mali & met. except.*

Dicitur *ſive alius*, nam hæc exceptio eſt in rem ſcripta. *g*

g *d. l.* 2. §. 33

Exceptio doli eſt *exceptio peremtoria, quæ opponitur ab eo, qui dolum paſſus eſt, adverſus eum, qui dolum commiſit, ut actio ejus reddatur inutilis.* h

h *l.* 1. *l.* 2. §. 1 *ff. eod.*

Exceptio Doli alia *generalis* eſt, alia *ſpecialis*. *Generalis* omni iniquæ petitioni objici poteſt *i*, licet ab initio non adfuerit dolus; hinc cum aliis etiam ex-

i *l.* 2. §. 3. & 5. *l.* 22. *ff. h. t.*

exceptionibus concurrere poteſt. *i* i *l.* 4. §.*pen.ff.* *h.t.l.* 3. *C. de non num pec.*

Specialis exceptio doli ex eadem cauſa naſcitur, ex qua Actio doli, ut ſi dolus ab initio intervenerit. *k* k §. 1. *Inſt.h.t l.* 2. *pr.ff. eod.*

Exceptio Erroris *eſt exceptio Peremtoria, quæ datur ei, qui per errorem promiſit, contra eum, qui, quod errore promiſſum eſt, petit, ut actio ejus reddatur inutilis.* * * *arg.*22.*inſt. de inutil. ſtip.*

Exceptio pacti de non petendo *eſt exceptio peremptoria, quæ opponitur ab eo, qui pactus eſt, ne à ſe pecuuia petatur, adverſus eum, qui non obſtante pacto, eandem pecuniam nihilominus petit.* l l §. 4. *h. t.*

Nihil intereſt, an expreſſum interceſſerit pactum, an tacitum *m*; modo quis ipſe pro ſe pactus ſit *, aut ſaltem pro eo, qui per fictionem juris cum paciſcente pro eadem perſona habeatur. † m *l.* 1. §. 3. *l.* 2. §. 1. *ff. de pactis.* * *l.* 73. §. *ul. de R. Jur.* † *l.* 10. *in fin. cum ll. ſeqq. ff. de pactis.*

Exceptio jurisjurandi *eſt exceptio peremtoria, quæ opponitur ab eo, qui deferente adverſario juravit ſe non debere, adverſus eum, qui hoc jurejurando non obſtante, nihilominus petit.* n n §. 3. *h. t.*

De ipſo jurejurando vide ſupra pag. 171.

Exceptio rei judicatæ *eſt exceptio peremtoria, quæ opponitur ab eo, qui ſententiâ judicis eſt abſolutus, adverſus eum, qui ab-*

abſolutoria ſententia non obſtante, adverſus eundem, de eadem re, ex eadem cauſa nihilominus agit. *

Exceptiones dilatoriæ *ſeu* temporales *ſunt, quæ ad tempus obſtant, & actionem ad tempus differunt.* o

Exceptiones dilatoriæ vel *ipſam Cauſam* reſpiciunt, vel *Perſonas judicium conſtituentes.* *Ipſam cauſam* reſpicit exceptio pacti de non petendo intra certum tempus *p*: item exceptio Moratoria, competens ei, qui inducias plerumque quinquennales a Principe accepit, ne interim a creditoribus inquietari poſſit. *q*

Perſonæ judicium conſtituentes vel *Principales*, ſunt ut Judex, Actor & Reus; vel *Acceſſoriæ*, ut procuratores, aliæque.

Propter judicem competere poteſt exceptio Fori incompetentis, qua proponitur Actionem inſtitutam ad Cognitionem hujus judicis non pertinere, & ſuſpecti judicis *r*, qua is tanquam ſuſpectus recuſatur *s*.

Actori & reo præcipue objici poteſt, quod non habeant legitimam perſonam ſtandi in judicio. *t*

Procuratori objici poteſt, vel eum non habere mandatum, vel in tali cauſa non poſſe intervenire procuratorem, vel eum

* *§. 5. h. t. l. 12. cum 2. ſeqq. ff. de exc. rei jud.*
o *§. 10. h. t. l. 3. eod.*
p *d. §. 10.*
q *l. 2. l. 4. C. de precib. imp. offer.*
r *l. 16. & l. fin. C. de judic.*
s *l. 17. l. 47. ff. de judic.*
t *tot. t. C. de his qui legit. perſ. ſtand. in jud.*

eum officio procuratoris non poſſe fungi *, vide ſupra pag. 193. * §. ult. h. t.

Inter dilatorias & peremtorias exceptiones hæc quoque differentia notanda eſt; quod Dilatorię exceptiones opponendę ſunt ante litem Conteſtatam. *v* v l. pen. & ult. C. h. t. Peremtoriæ vero quandocunque opponi poſſunt, modo opponantur ante ſententiam. *x* x l. 8. C. eod.

Excipiuntur tamen quædam exceptiones, quæ etiam poſt ſententiam efficaciter objici poſſunt, ut exceptio Senatuſconſulti Macedoniani, Senatuſconſulti Vellejani *y*, item exceptio Compenſationis. *z* y l. 11. ff. de SCto Maced. z l. 2. C. de Compenſ.

TITULUS XIV.

De Replicationibus.

Replicatio *eſt Actoris reſponſio, per quam exceptionem ſolvit* a, adverſus quam Reo iterum datur *Duplicatio*, Actori *Triplicatio*, Reo *Quadruplicatio*, ulterius regulariter non proceditur. *b* a pr. h. t. l. 2. §. 1. ff. de except. b §. 1. & ſeqq. h. t.

Hoc titulo proponitur adhuc alia *Exceptionum diviſio*; nempe quod aliæ ſunt *Reales*, aliæ *Perſonales*. c

Exceptiones reales *ſunt, quæ cauſæ, vel rei cohærent, ideoque etiam fidejuſſoribus,* c §. ult. h. t. l. 7. ff. de except.

& heredibus proſunt; ut exceptio rei Judicatæ, Doli mali, Senatusconſulti Macedoniani, Vellejani &c. *d*

Exceptiones perſonales *ſunt, quæ ſoli reo cohærent, nec ejus perſonam egrediuntur*; qualis eſt exceptio Beneficii Competentiæ, Ceſſionis, Pacti de non petendo a certa perſona. *e*

Quædam exceptiones mixtæ quaſi naturæ ſunt; ſic exceptio Minorennitatis heredibus minorum quidem competit *f*; ſed fidejuſſoribus non datur *g*: Item beneficium Competentiæ Marito conceſſum, extraneis quidem Heredibus Mariti non competit *h*, ſuis tamen datur. *i*

d *d.* §. *ult. l.* 7. §. 1. *ff. de except.*
e *dd. ll.*
f *l.* 6. *ff. de reſt. in integ. l.* 18. §. *ult. ff. de minor.*
g *l.* 13. *pr. ff. eod. l.* 1. *C. de fidejuſſ. minor.*
h *l.* 12. *ff. ſol. matr.*
i *l.* 18. *ff. eod.*

TITULUS XV.

De Interdictis.

D. 43. *T.* 1. *C.* 8. *T.* 1.

Interdicta *Olim erant formulæ, & Conceptiones verborum, quibus prætor jubebat aliquid fieri, vel non fieri.* a

Jure Novo (ſublatis Actionum formulis *b*) ſunt *Actiones Extraordinariæ, in quibus ſummaria fit Cognitio, maxime de poſſeſſione, vel quaſi poſſeſſione.* c

Poſſeſſio eſt *Rei Detentio cum affectu ſibi eam habendi.*

a *pr. I. h. t.*
b *l.* 1. & 2. *Cod. de form. Imp. ſubl.*
c *ib.* & §. *fin.*

Vera

Vera poſſeſſio eſt Rerum Corporalium; *Quaſi poßeſſio* Rerum Incorporalium, ut Uſusfructus, aliarumque ſervitutum. *d*

Poſſidere proprie dicitur is, qui ſuo nomine rem detinet. *Eſſe in poßeſſione*, qui alieno nomine poſſidet, ut Colonus, Inquilinus, Commodatarius. *e*

Acquirimus poſſeſſionem animo & corpore ſimul, *f*, idque per nos ipſos, vel per alios. *g*

Retinemus poßeſſionem vel animo & corpore ſimul, *h*, vel ſolo animo, *i*; etiam per eos, qui noſtro nomine ſunt in poſſeſſione. *k*

Amittimus poſſeſſionem non ſolo corpore, ſed vel animo & corpore ſimul, *l*, vel etiam ſolo animo. *m*

Præcipua poſſeſſionis commoda ſunt, quod actore non probante poſſeſſor abſolvatur *n*, & quod in dubio pro poſſeſſore contra petitorem judicandum ſit. *o*

d *l.* 43. §. 1. *ff. de A.R.D.*
e §. 5. *I. h.t.l.* 10. §. 1. *l.* 18. *ff. de Acq. & Am. poſſ.*
f *d.* §. 5. *l.* 3. §. 1. *ff. de A. & Am. poſſ.*
g *t.t. I. per quas cuique acq.*
h *l.* 19. *ff. de Acquir. & Am. poſſ.*
i *l.* 7. §. 3. *l.* 30. §. *pen. ff. eod.* 5. *I. h.t.*
k *d.* §. 5. *l.* §. 12. *l.* 9. *ff. de tit.*
l *l.* 8. *ff. eod.*
m *l.* 3. §. 6. *l.* 17. §. 1. *ff. eod.*
n §. 4. *I. h. t. l.* 24. *ff. de Rei vind.*
o *d.* §. 4. *l.* 9. §. 4. *ff. de publ. in rem act.*

Triplex hoc Titulo proponitur interdictorum diviſio.

Prima Diviſio.

Interdicta ſunt vel *prohibitoria*, vel *reſtitutoria*, vel *exhibitoria*. p

Prohibitoria, quibus prætor vetat aliquid fieri, ut interdictum *uti poſſidetis*,

p §. 1. *I. h. t. l.* 1. §. 2. *ff. eod.*

q. In-

q *l. 1. pr. ff. uti poſſ.* *q*. Interdictum *de mortuo inferendo*, quo prætor vetat vim fieri ei, qui mortuum infert in locum, in quem inferendi jus habet, *r*, item *ne quid in loco ſacro ædificetur* ad ejus deformitatem *s*, ut & interdictum *ne quid in flumine publico, aut Ripa exſtruatur*, quo uſus fluminis, aut Ripæ impeditur. *t*

r *l. 1. & t. tit. ff. de mort. infer.*
s *l. 1. ff. ne quid in loco ſacro.*
s *l. 1. ff. de flum.*

Reſtitutoria ſunt, quibus prætor jubet aliquid reſtitui, ut interdictum *quorum bonorum*, & *unde vi*. v

v *§. 1. I. h. t.*

Exhibitoria ſunt quibus prætor aliquid exhiberi jubet, ut interdictum *de liberto exhibendo*, competens Patrono, qui liberto operas indicere vult, adverſus eum, qui libertum detinet *x*, item de *libero homine exhibendo*, competens cuivis ex populo, adverſus eum, qui hominem liberum in ſervitute detinet, *y*, *ut & de liberis exhibendis* parenti competens, adverſus eos, qui liberos eorum detinent, ut exhibeantur. *z*

x *l. 1. & t. tit. ff. de oper. libert.*
y *l. 1. & t. t. ff. de lib. hom. exh.*
z *l. 1. & t. t. ff. de lib. exhib.*

Secunda Diviſio.

Interdicta ſunt vel *Adipiſcendæ*, vel *Retinendæ*, vel *Recuperandæ* poſſeſſionis. *a*

a *§. 2. h. t. l. 2. §. 2. ff. eod.*

Adipiſcendæ poſſeſſionis ſunt, quibus acquirimus poſſeſſionem, quam nunquam habuimus; ut interdictum Quorum

am Bonorum, & interdictum Salvianum.

Interdictum quorum bonorum *competit bonorum poſſeſſori, adverſus eos, qui pro herede vel pro poſſeſſore poſſident aliquid ex bonis hereditariis, ut illud ſine mora reſtituant.* b

Differt hoc interdictum ab hereditatis petitione.

b §. 3. *h. tit. l.* 1. *pr. ff. quorum bonor.*

1. Quod hereditatis petitio ſit pro proprietate: Hoc autem interdictum competit de poſſeſſione.

2. Hoc interdictum competit adverſus corporum poſſeſſores, non adverſus debitores *c*: Hereditatis petitio etiam contra debitores hereditatis datur. *d*

c *l. ult. ff. eod.*

d *l.* 14. 15. *ff. de hered. petit.*

Interdicto quorum bonorum affine eſt Remedium legis *fin. Cod. de Edict. D. Hadr. toll.* quo Heres producens Teſtamentum omni viſibili vitio carens, a judice competente mittitur in poſſeſſionem rerum Hereditariarum.

Interdictum Salvianum *datur domino fundi, ad conſequendam poſſeſſionem rerum, quas colonus pro mercede obligavit.* e

e *d.* §. 3. *in fin. l.* 1. *ff. de ſalv. interd.*

Differt ab Actione Hypothecaria, quod ea ſit remedium petitorium, hoc poſſeſſorium.

Retinendæ poſſeſſionis interdicta, ſunt quibus tuemur poſſeſſionem, quam habe-

bemus, ut interdictum Uti Poſſidetis & Utrubi, quod utrumque prohibitorium eſt. *f*

f §. 4. *h. tit.*

Interdictum uti poſſidetis *eſt interdictum retinendæ poſſeſſionis, competens ei qui in poſſeſſione Rei immobilis turbatur, adverſus turbantem, ut in poſterum turbare deſinat, & præſtetur id quod intereſt, ſi turbatum non eſſe.* g

g §. 4. *inſt. h. t. l.* 1. *pr.* & §. 1. *ff. uti poſſ.*

Interdictum *Utrubi* ejuſdem naturæ eſt, niſi quod hoc competat nomine rerum mobilium. *h*

h *d.* §. 4. & *l. un ff. utrib.*

In utroque vincit, qui tempore litis conteſtatæ nec vi, nec clam, nec precario ab adverſario poſſidet. *i*

i *d.* §. 4. & *d. l.* 1. §. 1.

Interdicta recuperandæ poſſeſſionis ſunt quibus conamur recuperare poſſeſſionem quam habuimus, quale eſt interdictum Unde Vi.

Interdictum unde vi, *eſt interdictum recuperandæ poſſeſſionis, competens ei, qui ex poßeſſione Rei immobilis vi dejectus eſt, adverſus dejicientem, ut reſtituatur poſſeſſioni cum intereſſe & omni cauſa.* k

k §. 6. *Inſt. h. t. l.* 1. *pr. t.* 6. §. 15. *ff. de vi & vi arm.*

Repetit dejectus hoc interdicto etiam Res mobiles, ſive ſuas ſive alienas, quæ tempore dejectionis in re immobili erant. *l*

l *d. l.* 1. *pr.* & §. 33.

Ter-

Tertia Diviſio.

Interdicta vel *ſimplicia* ſunt, in quibus conſtat uter actor ſit, uter reus: vel *duplicia*, in quibus uterque tam actoris, quam rei partes ſuſtinet. *m*

m §. 7. *h. tit. l.* 2. *pr. ff. eod.*

TITULUS XVI.

De Pœna temere Litigantium.

QUi *temere* ſine aliqua probabili cauſa *litigant*, coërcentur tribus modis. *Jurejurando Calumniæ*, *pœna Pecuniaria*, & *Infamia*. a

a *pr. h. tit.*

Jusjurandum Calumniæ præſtatur ab Actore, & Reo, eorumque Advocatis, ſe non calumniandi aut vexandi animo litem movere, aut ad contradicendum venire, ſed putantes ſe bonam cauſam habere. *b*

Hoc jusjurandum olim ſæpius præſtabatur in ſingulis inſtantiis *c*, hodie ſufficit ab initio litis ſemel juraſſe. *d*

Pœna pecuniaria vel *Generalis* eſt, quâ judex improbum litigatorem, qui nullam juſtam ac probabilem litigandi cauſam habet, ut & eum qui per contuamciam abeſt, in expenſas condemnat *e*, licet ab ad-

b §. 1. *h. tit. l.* 1. *l.* 2. §. 2. *C. de jurejur. propter Cal. l.* 14. *Cod. de judic.*

c *d. l.* 1. *Cod.*

d *Auth. hoc Sacramentum, C. eod.*

e §. 1. *h. t. in fin. l.* 79. *ff. de jud. Nov.* 81. *cap.* 2.

f l. 13. §. 6. C. de judic.

adverſario petitæ non ſint. *f*

Vel Specialis, qua actor propter plus petitionem punitur: de qua pœna ante dictum in tit. de Actionibus pag. 182. item Reus in quibuſdam cauſis propter inficiationem in duplum condemnatur vid. ſupra pag. 145. *g*

g d. §. 1. in med.

Tertia pœna eſt Infamia, quæ *eſt læſio exiſtimationis, quâ quis honeſtorum virorum numero excluditur.* h

h l. 8. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. l. 2. C. de dignit.

Exiſtimatio *eſt illæſæ dignitatis ſtatus, legibus & moribus comprobatus.* i

i l. 5. §. 1. ff. de extraord. cognit.

Infamia vel *juris* eſt, cum lex aliquem infamia notat, ſicuti notantur improbi fœneratores *k*; expilatores hereditatum, *l*, mulieres intra annum luctus nubentes *m*, aliique: vel *facti*, cum alicujus opinio gravatur apud bonos & honeſtos viros. *n*

k l. 20. C. ex quib. cauſ. infam. irrog.
l l. 12. Cod. eod.
m l. 1. l. 11. §. fin. ff. h. t.
n l. 13. Cod. eod.

Improprie infamiæ nomine venit *levis macula* orta ex facto vili magis, quam turpi. *o*

o l. 27. C. de inoff. teſt.

Infamia notantur omnes, qui condemnantur ex publicis *p*, vel privatis criminibus; excepta lege Aquilia: item ex quatuor contractibus, Societate, Tutela, Mandato, Depoſito; modo directis, non contrariis judiciis condemnati ſint propter Dolum. *q*

p l. 7. ff. de publ. jud.

q §. 2. h. tit. l. 6. §. 1. & ſeqq. ff. de his qui not. infam.

Requiritur inſuper ut quis condemna-

tus ſit per judicem proprie ſic dictum *r*, ac proprio ex facto, & proprio nomine *s*, denique ut ſententia in rem judicatam tranſierit. *t*

r l. 13. §. 5. ff. d. t.
s l. 6. §. 2. ff. eod.
t d. l. 6. §. 1.

Initium omnium actionum inſtituendarum eſt in jus vocatio. *v*

v §. fin. h. t.

In jus vocare *eſt adverſarium juris experiundi gratiâ vocare ad eum, qui jurisdictioni præeſt.* x

x l. 1. ff. de in jus voc.

Parentes & patronos ſine venia non poſſe vocari ſub pœna quinquaginta aureorum ſupra dictum pag. 172.

TITULUS XVII.

De Officio Judicis.

JUdex *eſt juris diſceptator, qui cauſas dirimendas ſuſcipit, publice judicandi habens facultatem.*

Dividitur vulgo officium judicis in *Nobile* & *Mercenarium.*

Officium judicis Nobile eſt, quod judex ſua autoritate, proprio motu, abſque imploratione partium exercet: quod plerumque fit in criminibus. *a*

a l. 13. ff. de offic. præſid.

Officium Mercenarium dicitur, quod judex ad implorationem partium impartire ſolet, non aliter: vulgo dici ſolet, *judex non ſolet officium impertire niſi rogatus*; idque plerumque contingit in

cauſis civilibus. *b*

Officium judicis conſiſtit in cognoſcenda cauſa, & in ferenda ſententia, eamque ubi lata eſt, executioni mandanda.

In ferenda ſententia judex in genere obſervare debet, ne aliter judicet quam Legibus, Conſtitutionibus, aut Moribus proditum eſt. *c*

Si aliter judicet, ſententia eſt ipſo jure nulla, nec rei judicatæ auctoritatem obtinet; adeo ut ab ea appellare neceſſe non ſit. *d*

In ſpecie obſervare debet Judex, ut reum condemnet ſecundum cujuſque actionis inſtitutæ naturam, quod quibuſdam exemplis hoc titulo illuſtratur.

Ut, ſi *Noxali actioni* addictus ſit Judex, Reum condemnare debet, ut damnum reparet, vel ſervum noxæ dedat. *e*

In *Reali actione*, ſi Actor nihil probavit, reum abſolvere debet. *f*

Si autem Actor Intentionem ſuam probavit, Reum condemnare debet, ut rem reſtituat cum fructibus *g*, habita tamen differentia inter bonæ & malæ fidei poſſeſſorem, uti ſupra dictum ad tit. de Rer. Diviſ. p. 47. & 48.

Quod ſi reus ſine fruſtratione tempus reſtituendi petat, id ipſi indulgere pro arbitrio ſuo poteſt, modo ſatisdet, ſe poſt in-

b *arg. l. 6. §. 2. ff. de mun. & hon. l. 18. ff. com. divid.*

c *pr. h. t. l. 13. C. de ſent. & interl.*

d *l. 4. C. eod. l. 2. C. quand. prov. neceſſe non eſt.*

e *§. 1. h. t.*

f *§. 2. h. t. l. 4. C. de edendo.*

g *d. §. 2. h. t. l. 173. §. 1. ff. R. J.*

inducias ſoluturum. *h*

Idem quod obſervare debet Judex; ſi agatur actione ad exhibendum, ut ſc. Reum condemnet ad rem exhibendam cum fructibus, & omni cauſa. De ipſa Actione ad exhibendum vid. ſupr. pag. 181. *i*

In Perſonali actione regulariter Reo quatuor menſes conceduntur ad ſatisfaciendum. *k*

In tribus Diviſoriis judiciis, familiæ Erciſcundæ, communi dividundo, finium regundorum, officium Judicis eſt, res omnes dividere, non quidem ſectione corporum, ſed adjudicatione, ita ut judici permittatur uni ex Litigatoribus, vel totam rem, vel majorem partem adjudicare, eumque invicem in pecuniam, alteri præſtandam condemnare *l*, inſuper rationem debet habere præſtationum perſonalium. *m*

Trium dictorum judiciorum id etiam proprium eſt, ut per adjudicationem quiſque rei adjudicatæ Dominus fiat. *n*

h *d.* §. 1. *l.* 11. *ff. de rei vind.*

i §. 3. *h. t. l.* 9. §. 3. *ff. ad exhib.*

k *l* 2. *&* 3. *C. de Uſur. rei Judic.*

l §. 4 *& ſeqq. h. t. l.* 52. §. 2. *ff. fam. erciſc.*

m *dd. ll.*

n §. *fin. h. t.*

TITULUS XVIII.

De Publicis Judiciis.
D. 48. *T.* 1.

JUdicium ante definitum eſt in tit. de Actionibus: pag. 164. Dividitur in Ci-

 vile

vile & Criminale.

Civile *eſt*, *quod oritur* ex cauſa civili.

Criminale *eſt*, *quod oritur ex criminalibus cauſis.*

Eſtque vel Privatum, vel Publicum, uti ſupra dictum tit. 1. hujus lib.

Publica judicia (quæ proprie vocantur *Crimina*) ſunt *quæ cuivis ex populo competunt ex legibus publicorum judiciorum.* a

a §. 1. *h. t.*

Publica dicuntur imprimis ideo, quod eorum exſecutio, id eſt accuſatio, cuivis ex populo plerumque datur. *b*

b *d.* §. 1.

Publica judicia ſunt vel *Capitalia*, quæ mortem naturalem, vel civilem infligunt; vel *non Capitalia*, quæ corporis coërcitionem, vel pœnam pecuniariam, cum diminutione exiſtimationis imponunt. *c*

c §. 2. *h. t. l.* 2. *ff. eod. l.* 6. §. *ult. crim. ll. ſeqq. ff. h. t.*

Inter publica judicia primum locum ſibi vindicat *Lex Julia* Majeſtatis, ita dicta ab auctore Julio Cæſare.

Crimen læſæ Majeſtatis *eſt cum ſubditus contra Imperatorem, vel Rempublicam quid molitus eſt*; eſtque duplex, Perduellio, & Crimen læſæ Majeſtatis in ſpecie.

Perduellio *eſt cum quis hoſtili animo adverſus Principem, vel rempublicam quid machinatus eſt*, ut per proditiones, ſeditiones. *d*

d *l. ult. ff. h. t.*

Ma-

Majeſtatis in ſpecie, *cum quis citra hoſtilem animum ſummæ poteſtatis jura lædit*; Ex. Gr. falſam monetam cudendo, privatos carceres habendo. *e*

Utriuſque *pœna* eſt, capitalis: in Perduellione inſuper memoria rei poſt mortem damnatur *f*; liberi etiam reorum perduellionis perpetuâ infamiâ notantur, & ab omni ſucceſſione arcentur. *g*

Secundum Crimen eſt Adulterium; omniſque vetita libido, quæ vindicantur lege Julia. *h*

Adulterium *eſt alienæ matrisfamilias corruptio*. i

Jure civili tantum committitur cum nupta. *k*

Sponſa tamen pro matrefamilias habetur *l*, non vero concubina. *m*

Pœna adulterii eſt gladius. *n*

Vindicatur hac lege quoque *nefanda libido*, cujus *pœna* eſt capitalis. *o*

Eadem Lex etiam ſtuprum coërcet *p*

Stuprum *eſt concubitus illicitus cum virgine, vel vidua honeſte vivente*. q

Excipiuntur viliores mulieres, ut & proſtitutæ meretrices. *r*

Eſtque vel *voluntarium*, vel *violentum*.

Voluntarii pœna eſt, in Honeſtioribus (id eſt dignitate vel natalibus conſpicuis) publicatio dimidiæ partis bonorum, in

e *l. 2. Cod. de falſa monet. l. 1. C. de privat. carcerib.*

f §. 3. *h. t. l. 5. C. ad Jul. majeſt.*

g *d. l. 5. §. 1. C.*

h §. 4. *inſt. h. t. l. 1. ff. ad l. Jul. de adult.*

i *l. 225. ff. de Ver. Sig.*

k *l. 6. §. 1. ff. ad leg. Jul. de Adult. l. 101. pr. ff. de V. Sig.*

l 13. §. 3. & 8. *ff. ad l. jul. de adult.*

m *d. l. 13. pr.*

n *l. 30. C. ad l. in de adult. l. 101. pr. ff. V. S.*

o *d. §. 4. h. t. l. 31. C. ad leg. Jul. de Adult.*

p *d. §. 4.*

q *d. §. 4. l. 6. §. 1. ff. d. t.*

r *l. 13. §. 2. l. 22. 29. C. eod.*

humilioribus corporis coërcitio, cum
s §. 4. *in fin* *h. t.* relegatione. *s*

Multæ tamen circumſtantiæ hanc pænam aggravare poſſunt. *t*

t *l. unic. C. ſi quis eam cujus tut. l. 5. C. de epiſc. & Cleric.*

Violenti ſtupri pœna eſt, capitalis, ſi perpetratum ſit; ſi nondum perpetratum; deportationis pœna ſtatuitur. *v*

v *l. 1. §. 2. ff. de extr. crim.*

Tertium eſt *Lex Cornelia de Sicariis*, quæ punit homicidas, veneficos, & incendiarios. *x*

x §. 5. *h. t.*

Homicida *eſt qui hominem dolo malo occidit, quique alio modo dolo fecit, ut homo occideretur.* y

y §. 5. *h. t. l. 1. l. 15. ff. ad Leg. Corn. de Sicar.*

Venefici *ſunt, qui veneno, ſeu malis medicamentis, item magicis artibus occidunt quique magos conſulunt.* z

z *l. 3. pr. & §§. ſeqq. ff. eod.*

Homicidii, & veneficii pœna eſt gladius. *a*

a *d. §. 5. l. 8. C. ad l. Corn. de ſis.*

Incendiarius *eſt, qui dolo malo incendium fecit, ſive fieri curavit: pœna eſt ignis,* ſi dolo perpetratum ſit incendium, ſi lata culpa, *extra ordinem* coercetur Reus. *b*

b *l. 9. ff. de incend. ruin. naufr.*

Quartum eſt *Lex Pompeja de Parricidiis.*

Parricidium *eſt impia cædes in liberos, parentes, eoſque, qui eorum loco ſunt, perpetrata.* c

c § 6. *I. h. t. l. 1. & ſeqq. ff. ad l. pomp. de parricid.*

Parricidium nova id eſt ſingulari & inſolita pœna punitur; parricida nempe vir-

virgis ſanguineis cæſus, culeo inſuitur, cum Cane, Gallo gallinaceo, Simia, & Vipera, & in vicinum mare vel amnem, prout Regionis qualitas tulerit, projicitur. *d*

Quintum eſt Lex Cornelia de Falſis.

Falſum *eſt veritatis occultatio, in alterius fraudem dolo malo facta.* e

Pœna ordinaria falſi in liberos homines eſt Deportatio, in ſervos Ultimum ſupplicium *f*: verum cum ipſum falſum variis & infinitis fere modis committi poſſit, vel circa perſonas, vel circa judicia, vel circa inſtrumenta & Teſtamenta, vel in nummis: hinc pro varietate ipſius falſitatis, ſæpe mitior, ſæpe gravior pœna eſt, ita ut aliquando ad mortem extendatur; ſic enim monetæ Adulteratores igne puniuntur. *g*

Sextum eſt *lex Julia de Vi Publica, & Privata.*

Vis *eſt majoris rei impetus, qui repelli non poteſt.* h

Eſt vel *licita*, quæ jure infertur *i*, vel *illicita*, quæ contra jus fit: eaque iterum vel publica eſt, vel privata.

Publica vis eſt, quæ armis fit. *Privata*, quæ ſine armis. Publica vis punitur deportatione: Privata publicatione tertiæ partis bonorum. *k*

Atrocior ſpecies vis eſt *Raptus*. Raptus

d *d.* §. 6. *l.* 8. *ff.* *d. tit. l.* 8. *C. eod.*

e *l.* 16. §. 2. *l.* 23. *ff. ad Leg. Corn. de falſ.*

f §. 7. *h. t.*

g *l.* 2. *C. de falſ. monet.*

h *l.* 2. *ff. quod met. cauſ.*

i *l.* 3 §. 1. *ff. eod. l.* 1. *Cod. unde vi.*

k §. 8. *inſt. h. t. l.* 1. *l. ult. ff. ad l. Jul. de vi Priv.*

ptus *eſt mulieris Virginis, vel Sanctimonialis libidinis cauſa abductio.* l

Pœna Raptoris (etiamſi vel ſponſam, vel volentem mulierem rapuerit) eſt ultimum ſupplicium, quæ pœna etiam ſatellites tenet. *m*

Septimum eſt *Lex Julia Peculatus*, quæ punit Peculatum in ſpecie, & Sacrilegium.

Peculatus *eſt furtum rerum pertinentium ad Rempublicam.* n

Sacrilegium *eſt furtum rei ſacræ, vel religioſæ, è loco ſacro vel religioſo.* o

Pœna peculatus in Magiſtratibus, iiſque, qui his miniſterium ad hoc exhibuerunt, eſt ultimum ſupplicium, in reliquis deportatio. *p*

Inſuper Reus in quadruplum conveniri poteſt ratione rerum ablatarum. *q*

Pœna ſacrilegii pro qualitate perſonarum & rerum vel capitalis eſt *r*; vel quandoque mitior. *s*

Octavum eſt, *Lex Fabia de Plagiariis.*

Plagium *eſt liberi hominis, vel ſervi alieni doloſa ſuppreſſio.* t

Plagiarii interdum ultimo ſupplicio, interdum mitiori pœna puniuntur. *v*

Nonum eſt, *Lex Julia de Ambitu.*

Ambitus crimine tenentur, *qui honores, vel Magiſtratus corruptis ſuffragiis, vel aliis*

l *d.* §. 8. *& l. un. C. de Rapt. Virg.*

m *d.* §. 8. *d. l. un. pr. &* §. 2. *l.* 54. *C. de Epiſc. & Cleric.*

n *l.* 1. *ff. ad leg. Jul. Pecul.*

o *arg. l.* 5. *ff. eod.*

p §. 9. *h. t. l. unic. C. de crim. pecul.*

q *l.* 6. *in fin. l. pen. & ult. ff. d. t.*

r *l.* 9. *pr. ff. ad leg. Jul. pecul.*

s *l.* 4. §. 2. *l.* 6. *pr. l.* 10. §. 1. *ff. eod.*

t *l.* 1. *l.* 6. §. 2. *ff. ad legem Fab. de Plag.*

v §. 10. *h. t. l. ult ff. d. t. l.* 7. *& ult. C. ad Leg. Fab. de Plagiar.*

aliis illicitis artibus ambiunt. x

Ambitus pœna eſt centum aureorum cum infamia. *y*

Decimum eſt, Lex Julia Repetundarum.

Hoc crimine tenentur *Magiſtratus & Judices, aliique in poteſtate, vel officio publico conſtituti, qui pecuniam acceperunt, ſive ipſi acceperint, ſive eorum Domeſtici, quo magis, aut minus officium facerent.* z

Pœna plerumque eſt exilium, quandoque durior, pro admiſſi qualitate, *a* civiliter etiam conveniri poſſunt in quadruplum ejus, quod acceperunt. *b*

Undecimum eſt *Lex Julia de Annona.*

In hanc legem incidunt, *qui publicam annonam fraudant, aut dolo malo faciunt ut carior fiat* c; hi annonam flagellare dicuntur.

Pœna eſt viginti aureorum *d*, aliquando etiam extraordinaria pœna reo infligi poteſt. *e*

Ultimum eſt *Lex Julia de Reſiduis.*

Hujus legis Rei ſunt *adminiſtratores pecuniæ publicæ, qui eam pecuniam, quæ ipſis ad certum uſum credita erat, lucrandi animo retinent, & in ſuos uſus convertunt.* f

Pœna eſt, ut ipſam pecuniam reſtituant, & ſolvant plus tertia parte, quam acceperunt. *g*

F I N I S.

x *l. un. ff. de Leg. Iul. Ambit.*

y *d. l. un.* §. 1. *& ult.*

z *l.* 1. *& ſeqq. ff. de leg. Jul. Repet. l.* 1. *C. eod.*

a *l.* 7. §. *fin. ff. eod.*

b *l.* 1. *l. ult. C. eod.*

c *l.* 2. *pr ff. de lege Jul. de Amb.*

d *d. l.* 2. §. 2.

e *l.* 6. *ff. de extr. crim.*

f *l.* 3. *l.* 3. §. 4. *ad leg. Jul. peculat.*

g *d. l.* 4. §. 5.

INDEX TITULORUM.

A.

DE

ACquiſitione per Arrogationem, pag. 104
Actionibus. 164
Ademtione legatorum. 89
Adoptionibus. 21
Aſſignatione libertorum. 101
Attiliano Tutore, & eo qui ex lege Julia & Titia dabatur. 30
Autoritate Tutorum vel Curatorum. 31

B.

Bonorum poſſeſſionibus. 102

C.

Capitis deminutione. 28
Codicillis. 25
Curatoribus. 33

D.

Diviſione ſtipulationum. 121
Donationibus. 58

Duo-

Duobus Reis ſtipulandi & promittendi. 119

E.

Emtione & venditione. 129
Eo, cui libertatis cauſa bona addicuntur. 104
Exceptionibus. 197
Excuſationibus Tutorum vel Curatorum. 36
Exheredatione liberorum. 69

F.

Fideicommiſſariis hereditatibus, & ad SCtum Trebellianum 92
Fidejuſſoribus. 125
Fiduciaria tutela. 30

G.

Gradibus cognationum. 100

H.

Heredibus Inſtituendis. 72
Hereditatibus, quæ ab Inteſtato deferuntur. 97
Heredum Qualitate & differentia. 82
His, qui ſui vel alieni juris ſunt. 15

I.

Ingenuis. 11
Injuriis. 159

in-

Inofficioſo Teſtamento. 79
Interdictis. 202
Inutilibus ſtipulationibus. 123
Iis, per quos Agere poſſumus. 192
Jure Naturali Gentium & Civili. 7
Jure perſonarum. 11
Juſtitia & jure. 6

L.

Legatis. 85
Lege Aquilia. 156
Lege falcidia. 90
Lege fuſia Caninia tollenda. 15
Legitima Agnatorum ſucceſſione. 98
Legitima Agnatorum tutela. 37
Legitima parentum tutela. 30
Legitima patronorum tutela. 29
Libertinis. 12
Litterarum Obligationibus. 127
Locatione Conductione. 132

M.

Mandato. 139
Militari Teſtamento. 66

N.

Noxalibus Actionibus. 190
Nuptiis. 17

Ob-

O.

Obligationibus. 109
Obligationibus ex conſenſu. 128
Obligationibus, quæ quaſi ex contractu naſcuntur. 142
Obligationibus, quæ ex Delicto naſcuntur. 151
Obligationibus, quæ quaſi ex delicto naſcuntur. 161
Officio Judicis. 209

P.

Patria poteſtate. 16
Perpetuis & temporalibus actionibus, & quæ ad heredes & in heredes tranſeunt. 196
Per quas perſonas cuique acquiritur. 61
Per quas perſonas nobis obligatio acquiritur. 146
Præſtatione Doli, culpæ & caſus. 115
Pæna temere litigantium. 207
Publicis judiciis. 211
Pupillari ſubſtitutione. 75

Q.

Quibus alienare licet, vel non. 59
Qui & ex quibus cauſis manumittere non licet. 13
Quibus jus modis patriæ poteſtatis ſolvitur. 23
Quibus modis re contrahitur obligatio. 111
Quibus modis teſtamenta infirmantur. 77

Qui-

Quibus modis tollitur obligatio. 147
Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum. 68
Qui teſtamento tutores dari poſſunt. 26
Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicitur. 185
Quibus modis tutela finitur. 32

R.

Rebus Corporalibus & Incorporalibus. 49
Replicationibus. 201
Rerum Diviſione & Acquirendo ipſarum dominio. 40

S.

Satiſdatione tutorum vel Curatorum. 34
Satiſdationibus. 194
Senatuſonſulto Orphitiano. 99
Senatuſconſulto Tertulliano. 99
Servili cognatione. 101
Servitutibus Ruſticorum & Urbanorum prædiorum. 50
Singulis rebus per fideicommiſſum relictis. 94
Si quadrupes Pauperiem feciſſe dicatur. 191
Societate. 136
Stipulatione ſervorum. 120
Succeſſione cognatorum. 103
Succeſſione libertorum. 101
Succeſſionibus ſublatis, quæ fiebant per bonorum venditiones & ex SCto Claudiano. 105

Su-

Suſpectis Tutoribus vel Curatoribus. 38

T.

TEſtamentis Ordinandis. 63
Teſtamento Militari. 66
Tutelis. 25

V.

VErborum Obligationibus. 117
Vi Bonorum Raptorum. 155
Uſucapionibus & longi temporis præſcriptionibus. 55
Uſu & Habitatione. 55
Uſufructu. 53
Vulgari Subſtitutione. 74